P. Gualtero Paulo Auctoris dono

EPIGRAMMATVM
LIBRI TRES
P. ADRIANI
DE BOVLONGNE
TORNACENSIS
E SOCIETATE IESV.

LIBER PRIMVS.

TORNACI,
Typis ADRIANI QVINQVII.
M. DC. XLII.

Cum Gratia & Priuilegio.

EXCELLENTISSIMO,
ILLVSTRISSIMOQVE
COMITI

PHILIPPO
A MANSFELT,

CÆSAREI EXERCITVS
IMPERATORI ET CÆSARIS
A CONSILIIS BELLICIS &c.

IVre tua me Excellentia *postulet repetundis, si alium Mecœnatem, huic libello, domi tuæ concepto, educatoque deligam. Cùm enim summum tibi sui exercitus imperium* FERDINANDVS II. *augustissimæ memoriæ Cæsar demandasset, & me Confessario vterere; ne quam ego temporis partem per ocium effluere paterer, subinde epigramma aliquod, pro*

re nata contexebam; cumque, vt fit, aliud ex alio nasceretur, versumque versus protruderet, & sensim in librum excresceret opus, Amicorum suasu, & vulgandum, & tuum nexu, mancipioque, tibi redonandum putaui. In quo, si tuas accuratis sermonibus imbutas aures, minùs artificiosè digesta, offendant epigrammata, si polita minùs, incurrant in oculos, spes est memorem fore tuam Excell. *de medio belli puluere esse profecta; atque adeò quamuis næui plusculum ijs adhærescat, eadem manu detersum iri, qua tuam non indecoro puluere sordidam frontem expurgabas. Iam verò si parum religiosè præcepta castæ* Poëseos *sunt obseruata, meminisse poterit etiam* tua Excel. *medios inter armorum strepitus, clangoremq; tubarum, non ita perfectè delicatas vatum leges meis auribus*

bus insonuisse: Cuius cuius tamen styli sit opusculum, clarissimo tuo nomini potissimùm consecro, vt obsequij in te mei posteris rude saltem extet vestigium. Vnum interim mihi dolendum est, amori in te meo infirmas ingenij vires non æquè respondere; quæ populari & exili munusculo, nec possint tuorum in me beneficiorum magnitudinem, nec grati animi notas illustriores exprimere. Solatur me verò humanitas Tuæ Excellentiæ *quæ vile quantumuis munusculum, muneris loco annumerabit; quam cum nobilissima sua familia diu prosperet Deus.*

Tuæ Excellentiæ

Humillimus in Christo seruus

ADRIANVS DE BOVLONGNE.

BENEVOLO
LECTORI.

EPigrammatis ars, vetere inuento, iuuandis animis excogitata fuit. Mucronem ferri imitari dicas, epigrammata, quæ & crimina punctim feriunt, &, vt habent acuminibus suis admistos facetiarum vrbanos lepores, eadem secum via in intimas cordis latebras virtutem inuehunt. Haud tamen diffitendum est, cruciandis etiam animis opportunum esse id genus carminis, cùm nempe subtilitas epigrammatis aciem mentis subterfugit. Tum enim illa elaborati

versus,

versus vis & venustas, profundis velut abdita tenebris, nauseam creat potiùs quàm delicias.

Veterum multis id vitio datum est, quod scribere visi sint ne intelligãtur, quodque elegantes tenebras posteris offuderint. A capite malum nascitur, & in ipsa sępius epigrammatis fronte cæcæ sunt nubes. Epigrammatis epigraphen siue titulum intelligo, quem, vt veriùs dicam, frequentiùs non intelligo. Laconicè nimis, nimisque ieiunè præfigitur epigraphe. In Porcium, in Furium, in Lesbiam, in Quamdam epigramma cuditur: sed quia Porcij, quia Furij, quia Lesbiæ, quia demum istius Cuiusdam scriptorum veterum meminit nemo, altumq; est apud maiores de illis silentium: licet falsè perstringantur versuque iocoso,

 ob

ob ignorantiam tamen personarum, & vitæ de quibus agitur, lectorem suum epigramma conficit, non afficit. Itaque ne aliorum exemplo tibi molestus sim, quem exhilaratum venio, longior ero in fronte epigrammatum. Subinde etiam ad calcem, vsitato Poëtis quos legisti, more, notas adijciam. Hæc tibi Lector candide, seruient, & ego tibi cùm voles; Vale.

LI-

LIBER PRIMVS EPIGRAMMATVM P. ADRIANI DE BOVLONGNE TORNACENSIS.

Deo Optimo Maximo.

I.

ETsi cunctarum es finis Deus optime rerum,
Ne fuge principium carminis esse mei.

II.

Excellentissimo Comiti PHILIPPO A MANSFELT *Mecœnati meo.*

HEros, heroum sanguis, quem patria virtus,
Multaq; nobilibus palma coæquat auis.
Non tibi parta canam, terraq; mariq; trophęa,
Non tibi prostratos commemorabo Duces,
Hoc tibi cum Proauis decus est cōmune, tuūq;
Æquarunt cælo bellica facta genus.
Sobrietas tua laus, tua laus est temnere gazas,
Et bona quæ falsò plurima vulgus amat.

Nam nunquam grauis ære domum tua dextra rediuit
Mars tibi cum largas fundere vellet opes.
Vna tibi virtus spolium fuit, hęc tua præda est,
Hæc decorant castum laurea serta caput.
Forsitan inde tibi non aula, domusúe renidet
Cultior? immo tua est cultior inde domus.

III.

In Triumphum amoris & mortis, de Christo Domino.

MOrs, & amor bone Christe tuo de corde triumphant;
Illud enim telis fixit vterque suis.
In cœlo te fixit amor, mors in cruce fixit,
Te nasci facit hic; te facit ille mori.
Palma cui detur? palmam nam poscit vterque,
Et vires teli iactat vterque sui.
Mors tua tela valēt, sed plus valet arcus amoris.
Nam tu mortalem vincis; at ille Deum.

IV.

Ad illud proiectis argenteis in templo se suspendit.

In Ivdam.

IVre sacra loculos moriturus ponit in ara,
Cui viuo loculi Numinis instar erant.

V.

V.

In HYLACEM HÆRETICVM, *qui versus edidit contra apes Symbolum* VRBANI VIII.

CArmina fecit Hylax apibus contraria: nam sunt,
Carmina quæ nullum mel nec acumen habent.

VI.

In VETEREM ROMAM *cuius fundator lupam altricem habuit, & nouam* PAVLI *lacte perfusam.*

HÆc habet humanos mores; vetus illa ferinos;
Creuit enim hęc Pauli lacte; sed illa lupæ.

VII.

In S. NICOLAVM *nocte opitulantem egenis.*

MVnera das medijs Pręsul Myrane tenebris,
Ne tua lęua sciat, quod tua dextra facit.

VIII.

VIII.

In LAVSVM *cordis perfidi.*

NOn rectè vocitat te vulgus Lause bilinguem,
Lingua etenim simplex est tibi; corque duplex.

IX.

In LONGINVM *qui Christi latus hasta petijt, cæcum, vt quidam volunt.*

QVid Longine paras? ferro contingere Christum?
Nullus at exangui corpore sensus inest.
Innocuam Lōgine feris pro pignore matrem,
Illa tuo pectus vulnere læsa fuit.
Cæcus erat, cæcum qui te Longine negabat,
Nam tua, quem non vult dextra ferire, ferit.

X.

In eundem non cæcum, vt alijs placet.

CÆcus erat, cæcum qui te Longine putauit,
A cæca non sunt vulnera certa manu.
Lynceus est certè, primo qui vulnere lædit
Corque tuum IESV, corque MARIA tuum.

XI.

In aureos ABSALONIS *capillos à quibus pependit.*

MAgno alijs tua cæſaries ſtetit Abſalō verum
Nulli vnquam pluris quā tibi, credò, ſtetit.

XII.

In PICTOREM *impudicum.*

ARs tua naturam haud ſequitur, contrarius illi es:
Tu manifeſta facis, quæ iubet illa tegi.

XIII.

In illud multi vocati, pauci verò electi.

MIllibus innumeris à terra ſidera diſtant,
In cētro terræ eſt Orcus, abeſtq́; minùs:
Hinc pauci in cœlū, multiq́; ferūtur in Orcum,
Nam breuiore ſolet quilibet ire via.

XIV.

In FRONTONEM ORATOREM *ſuæ artis rudem.*

VVlt Fronto, orator, vult Fronto diſertus haberi,
Vultq́ue figurata quælibet arte loqui.

Cum

Cum partem pro parte locat, pro nomine verbum,
Ista Synechdochicωs se posuisse, docet.
In genus, aut numerum si peccat, ad Hellenismum
Confugit, & Graijs cuncta licere putat.
Cum se dilaudat, Præsumptio dicitur, & cum
Somnia confingit, fingit Hyperbolicè.
Crimina non carpit populi, per Transitionem,
Sicque per Eclipsin fanda, nefanda premit.
Si prodit secreta, fit & Traductio: quando
Clamitat insanùm, est clamor Apostrophicus.
Quando sed orator, vult esse, nimisq; disertus.
Dicitur orator Fronto, per Antiphrasin.

XV.

In ATTICVM *leuis cerebri, quartana tentatum.*

QVod tibi quartana graue sit caput Attice, gaude,
Nam leue semper habes, febre abeunte, caput.

XVI.

In DVNKERKAM *vrbem maritimam, ab Hollandis sæpius tentatam frustra.*

VIcta es Dunkerkam quoties Hollandia tentas,
Naufragium in portu sæpius ergo facis.

XVII.

XVII.

In AMAZONEM.

VBeribus sectis ad prælia tendit Amazon,
Martē non lacte, at sanguine nouit ali.

XVIII.

Ad SOROREM *cuiusdam religiosi viri, quæ sibi fratrem depingi rogitabat.*

DEsine chara meā soror expectare figuram,
Vultus enim nulla pingitur arte meus.
Qui sum, de tabula malè noscor, mutor in horas,
Nil, nisi quod fuerim, nouit imago loqui.
Vis constare mihi me pictū? pingito mortem,
Ista breui constans fiet imago mei.

XIX.

In D. IOANNEM EVANGELISTAM *in dolium feruentis olei impunè immissum, & posteà à nullo Tyrannorum oppugnatum.*

SAnus ab ardenti cum surrexisset oliuo
Ioannes, iussus liber abire domum est.
Non fuit illi ausus quisquā contendere; namq;
Ad pugnam totis artubus vnctus erat.

XX.

XX.

In illud CÆSARIS, *καὶ σὺ τέκνον, dum à Bruto confoditur.*

A Bruto Cæsar, dum cæderis, esse memento
. Nomen ei Bruti, Cæsaris esse tibi.

XXI.

In PLATONEM MVSICVM, *nimis contentioso, nimisque frequenti cantu peremptum.*

SI nimio cantu moritur Plato, non bene cantat,
Qui sine mensura cantat,& absque modo.

XXII.

In MALCHVM, *quo tempore illi auris cæditur.*

TE, tuus vt Caïphas vigilantem Malche putaret,
Anteibas nitida castra latina face.
Ergo tibi dextrā dextrè Petrus abscidit aurem,
Vt rigido vigilans esse proberis hero.
Posthac non stertes vtramq; supinus in aurem,
Et sic te vigilem Malche putabit herus.

XXIII.

XXIII.

In MOPSVM, *ſerentem acus, vt ferrum metat.*

MAgnam è glande videt cum Mopſus ſurgere quercum,
Ferrum hac arte ratus creſcere, ſeuit acus.
Ferrum vbi meſſuerit, vitulorum examina Mopſus
Credo ſeret, craſſos vt metat inde boues.

XXIV.

In SPINAM *quæ vt Iudicum refert hiſtoria, regnum inter arbores ambiuit.*

PRæ reliquis Spina arboribus decoranda corona eſt,
Quæ dare ſola Deo regia ſerta poteſt.

XXV.

In ROBOAM.

MEmbrorum craſſa cur certas mole Parēti?
Ingenio certa, craſſius illud habes.

Salomonis is erat filius, diminutus, ut ait ſcriptura, à ſapientia, qui ſibi eſſe digitum craſsiorem dorſo Patris iactitaba t.

XXVI.

XXVI.

In AVLVM *optantem & laudantem sola monostica Epigrammata.*

DIsticha bina minùs, plùs vnū diligis Aule,
Vnum sed pluris, quam duo stare, scias.

XXVII.

In THEOLOGVM *scriptorem, qui scripta P. Suarij legi vetabat, ab illo mutuatus plurima.*

SCripta legi prohibes Suarj ne lecta probentur.
Vt tua nemo probet scripta, iubebo legi.

XXVIII.

In CALVINISTAM *vsurpantem istud.* Ie me donne au diable.

HÆreticus nil dat cum sese deuouet Orco:
Nam quod Dæmonibus donat, id ante tenent.

XXIX.

In NOBILEM *quemdam iactabūdum, & egenum æris, cerebrique.*

TE patet à Fabijs, simul & Pisonibus ortum:
Nam tua mensa sapit pisa, caputq; fabas.

XXX.

In LUTHERUM *gloriari solitum, se cum Dæmone salis modios esitasse.*

SI salis absumpsit modios cum Dæmone Luther,
Caussa patet quare nocte, dieque bibat.

XXXI.

In PUBLICANUM, *seu fœneratorem vulgò à Belgis vocatum*, Mon oncle, *seu Auunculum.*

BEne Publicanum, Patruum vocant Belgæ,
Ad quem *nepotum* cursitat frequens turba.

XXXII.

In DIALECTICAM *scientiarum clauem & illud Satyrici* Mendicant artes.

SI modò mēdicant artes, Dialectica vana est,
Cum nihil in cista est, quid mihi clauis opus?

XXXIII.

In ADOLESCENTEM SERVATIVM, *cui colaphum infregit Angelus, quod à ſodalibus in lupanar eſſet pertractus.*

CAſtum, non caſti iuuenes in vile lupanar
Ignarum fraudis, nequitiæque trahunt.
Ille, velut gelidū plantis qui preſſerit anguem,
Aufugit, infames vt videt eſſe lupas.
Angelus hunc colapho mox cædit, & hem puer? inquit,
Frangere vincla mali diſce ſodalitij!
Nil auſus, potuitū: puer contra hiſcere: namq;
A viſis mutus ceperat eſſe lupis.

XXXIV.

In COTTAM MILITEM *plumatum & fugacem.*

COtta fugax picti plumam depone galeri,
Feſtino meliùs ſeruiet illa pedi.

XXXV.

In TYPHLVM *negantem eſſe circa ſolem maculas.*

SOlaris maculas quicumque negauit ocelli,
Is maculas oculis dixit ineſſe ſuis.
Sunt notæ lippis, ſunt & tonſoribus; & ſol
Non potuit maculas diſſimulare ſuas.

Aut

Aut igitur maculas solis caue Typhle negare;
Aut maculas oculis esse fatere tuis.

XXXVI.

In quosdam, qui certant vt habeantur primi macularum solarium inuentores.

ASTrologi certāt, & adhuc sub iudice lis est,
De maculis, pudor est dicere! Phœbe tuis.
Nonne ego detexi vitiū prior, inquit, Apelles?
Tu furti reus es, non prior, alter, ait.
Qui superare volet, cedat; me iudice, vicit,
Quando victoris præmia sunt maculæ.

XXXVII.

In POLLAM *quæ nigellam fronti muscam appingit.*

AMbrosij dicuntur apes sedisse labellis,
Cur modò Polla tuis stat nigra musca genis?
Disce aliter muscas, apiumque examina duci.
Melle trahuntur apes; musca cadaueribus.

XXXVIII.

In pellem iniquo iudici detractam Regis Cambysis iussu.

IVdicis hic cutis est docti spoliare clientes.
Isti soluerunt ære; sed ille cute.

XXXIX.

XXXIX.

In LVRCONEM *rei familiaris confectorem.*

VNo mēſe domos decoxit Lurco quaternas,
Et quod mireris, non fuit ignis opus.

XL.

In Amoris & mortis de Christo Domino Triumphos.

IN te, Mors & Amor, vertunt ſua ſpicula Chriſte,
Sauciat & medium cordis, vterque tui.
In cœlo teneri iaculum te lædit Amoris,
Saucius & tali vulnere, *Factus homo es.*
In cruce plùs audet mors efferа, cum tibi durā
Illius accelerat nigra ſagitta necem.
Mors minùs artis habet, facilè eſt contingere vinctum,
At cui fecit Amor vulnera, liber erat.

XLI.

In HELVONEM *vini catarrho obrutum.*

OCcubuit vini gurges, merſuſque catarrho eſt.
Quis vini vltrices eſſe putaret aquas!

XLII.

XLII.

In ACHILLEM *nostri æui, militem gloriosum sed timidum.*

CVr te belligerū, cur te mentiris Achillem?
Nil nisi magnificū nomē Achillis habes.
Laus tamen vna tibi est, celeri pede vincis Achillem.
In pede mors illi est; in pede vita tibi.

XLIII.

In illud Isaiæ omnis caro fœnum, *ad mortem falce armatam.*

SCis cur mors valido non vtitur ense, nec hasta?
Omnis cum fœnum sit caro, falce opus est.

XLIV.

In illud Γλυκεῖ ὀπώρα φύλακος ἐκλελοιπότος *dulce pomum vbi abest custos.*

Ad auiculam captam.

ALes viminei dum viuis carceris hospes,
Dic age, cur domini non sapit esca tui?
E contra, cœlo volitas dum liber aperto,
Agri cur inopis sordida dona placent?
An meliora putas furtiuæ fercula mensæ?
Captiuus meritò es, si tibi furta placent.

XXXV.

XLV.

In D. ATHANASIVM *qui delitescens menses quatuor in patrio sepulcro, mortem vitauit.*

NOmen ab Athanatos tibi iure dedere parentes,
Cum te etiam nolint ipsa sepulcra mori.

XLVI.

In illud μουσικὴν ἔρως διδάσκει amor docet Musicam.

MVsica iure inter reliquas es amabilis artes,
Has Labor excoluit; teque magister Amor.

XLVII.

In NESTORIVM *Beatæ Virginis integritati detrahentem, cuius adhuc spirantis linguam vermes arrosere.*

GAude, quòd viuo te lingua est vermibus esca.
His, à morte nequis integer, esse cibus.

XLVIII.

XLVIII.

In eundem SANCTISSIMÆ VIRGINIS *irrisorem.*

BLasphemo sale lingua scatens fit vermibus esca.
Res noua! tam salsum os vermibus esse cibum.

XLIX.

In AVLVM FALLACEM, *qui obuium quemque sui partem cordis vocitare solet.*

ME partem Aule tui vocitas cordis: sed vtrius
Pars ego? nam tibi cor dicitur esse duplex.

L.

Epitaphium ANDRAGORÆ *Tribuni superbi.*

CVlmine qui nuper supremi sedit honoris,
Qui sibi vix superos credidit esse pares:
Hîc iacet Andragoras gelidi sub marmore saxi,
Lixarum vili proteriturque pede.
Plus morti debet quàm vitæ: vita Tribunum
Casibus exposuit; ne cadat, illa facit.

LI.

In illud Horatij Danda est hellébori multò pars maxima auaris.

Ad Evclionem.

CVncta vt possideat, cunctis tamen Euclio egere
Dicitur. id falsum est; solo eget helleboro.

LII.

In Ponticvm *tentatum podagra.*

PEsque manusque deest tibi, Pontice, si quid agendum.
Si tolerandum aliquid: pesque, manusque tibi est.

LIII.

In Poëtas veteres, quorum optimi quiq; supersunt, periere cæteri.

RAri ex innumeris ad nos venere Poëtæ,
Aurea quos veterum sæcla tulere Patrũ.
Non equidem miror; nam quotquot ponè steterunt,
Horum metra bonos non habuere pedes.

LIV.

In Gelliam *fuco illitam.*

GEllia picta genas, cuius pictoris imago es?
Nõne Dei fueras? nũc es imago hominis.

LV.

LV.

In FRONTONEM *&* ANCVM *conuiuas.*

NOn potat, nec edit Fronto: facit Ancus vtrumque.
Qui fit? Fronto domi cœnat; & ille foris.

LVI.

In DÆMONA *cui* S. DVNSTANVS *nasum abscidit.*

TVrpiter hic dæmon capitur naso: ergo deinceps
Nasutos omnes dæmonas esse, nega.

LVII.

In DÆMONA *insultabundum, quem* S. DOMINICVS *cereum ardentem gestare coëgit, donec vngues amburceret.*

IS qui Dominico Principi sacri cœtus,
Vestitus ora simij ausus est dæmon
Parare technas: quo suos apud ciues
Honore fuerit, quo gradu, liquet necdum.
De plebe an aliquis fuerit; an potens nigræ
Tyrannus aulæ, nec etiam id satis constat.

Quis ergò tandem erat iste baiulus ceræ
Ardentis, vngues vstulatus? is certè
Vel Lucifer fuit; vel eius in scena hac
Personam agebat, quisquis hic fuit dæmon.

T. Angelmus Gazæus in suis hilarijs imi subsellij credit fuisse dæmunculum.

LVIII.

In CYGNVM *qui ante obitum fertur canere.*

DVm modulatur olor vicinæ tẽpore mortis,
Hanc mulcere suo carmine fortè cupit.

LIX.

In ZOILVM *mordacem.*

ZOilus Æthiopas vincit nigredine: pelle
Non sola niger est, est quoque dẽte niger.

LX.

In DIVITES *qui* CHRISTI *testimonio rarò saluantur.*

CVr diues Orcum plurimus petat, quæris?
Auara semper styx fuit; inhiat gazis.

LXI.

In S. AGATHAM *cui sectum vber.*

VBeribus sectis Agathe in certamina tẽdit;
Seq; probat dum sic pugnat Amazonidẽ.

LXII.

LXII.

In POETAM *de triuio glo-riabundum.*

TE pecudum genus omne metro describere iactas,
Et retices Asinum ludere posse metro?

LXIII.

In castitatem Virginum Eburonicarum.

VIx lymphâ tinctæ quæ siuit abire puellas
Quàm bene præcipites obruit vnda procos?
Quod lauet in mundis credit nihil esse puellis.
Et quod apud mœchos eluat amnis habet.

Nauim in qua sibi ab impuris adolescentibus vim paratam cernebant euertêre: unde nebulonibus istis aqua suffocatis emerserunt illesa virgines.

LXIV.

De S. IGNATIO LOYOLA *qui vilis flosculi conspectu in cælum mente ferebatur.*

PLurimus incultis qui crescit flosculus aruis,
Loyolã ad superos mente animoq; rapit.
Nos scabrum per iter cœlũ conscendimus: ille
Per bene olentis agri lilia, perque rosas.

LXV.

In CATONEM *anno vitæ sexagesimo græcis litteris operam dantem.*

GRæca Cato discit sexagenarius, vt mox
Possit cum Parcis, cumq; Charōte loqui.

LXVI.

In AVARVM *parcum, & infrequentem Dei cultorem.*

NIl inopi donas, hoc dicimus esse chiragrā.
Sacræ ędis limen non teris, hoc podagra est.

LXVII.

In INVIDVM.

INuidus in partē vertit benefacta sinistram.
Scis caussam? læuo despicit ista oculo.

LXVIII.

In CHRISTI DOMINI *mortem Sole defectum patiente.*

TE moriente suū nisi sol iubar abscondisset,
Clara minùs nobis mors tua Christe foret.

LXIX.

LXIX.

In S. IGNATIVM, *qui reuocaturus iuuenem ab illicitis amoribus, se in profluentem collo tenus, hiberno cœlo, demersit.*

SEmustum Cyprio iuuenem dum cerneret igni,
Scis cur se gelidis Loyola mergit aquis?
Naturam sequitur. docet hæc in fontibus esse
Certam, cum paries proximus ardet, opem.

LXX.

In PONTIVM PILATVM.

Si lauat, & mundum se iactat Pontius esse,
Lauit aqua palmas, sordidus ergo fuit.
Accepta aqua lauit manus, dicens,
Innocens sum à sanguine iusti huius.

LXXI.

In illud CHRISTI *Iudicis, ad Hædos* Nescio vos, *& ad oues*, venite.

QVid mirum est hædos non nosci à Iudice Christo?
Solas agnoscit, qui fuit agnus, oues.

LXXII.

In IACOB, *qui visa Filij* IOSEPHI *cruenta veste, exclamauit* fera pessima deuorauit filiũ meum.

SAnguineam vt nati veſtem cõſpexit Iacob,
Peſſimæ, ait, natum dente periſſe feræ.
Falli nemo putet; vates oracula fundit,
Inuidia peior non datur vlla fera.

LXXIII.

In ABSALONEM *è quercu pendulum dum patris sceptro inhiat.*

NOn potes auratam patris Abſalo ferre coronam.
Sufficient capiti quernea ſerta tuo.

LXXIV.

In B. FRAN. BORGIAM, *viso Imperatricis cadauere, rerum caducarum fugam meditantem.*

HAuſiſti è tumulo vitam. res mira! ſepulcrum
Qui locus eſt mortis Borgia, vita tibi eſt.

LXXV.

LXXV.

In D. IOSEPHVM *visa uxore prægnante conturbatum.*

NE grauida Ioseph turberis virginis aluo.
Quomodo nostra potest spes, timor esse tuus?

LXXVI.

De dimidio chlamidis S. MARTINI *dato inopi.*

QVis, nisi rupta foret Martini penula, sciret
Quantus in integra veste lateret amor?

LXXVII.

In MINISTRVM *furem periurum sacrorum vasorum.*

IVre negas contacta tibi sacra vasa Minister,
Quæ sunt attactu facta profana tuo.

LXXVIII.

Censura libri D. CODRI *Theologi.*

SCriptio Codre tua absq; vllis cẽsoribus edi,
In veterum libris antè probata, potest.

Librum vulgauit iste Theologus, vbi apicem vnum de suo non habet, omnia à veteribus,

LXXIX.

In Mendacem Cinnam.

HEsternò memini reducē te vespere Cinna
Dicere, visa tibi rura, nigrumq́; nemus.
Dixisti aërias illic assurgere cedros;
Quarum vnam centum vis habuisse pedes.
Vix modò diluxit: pedibus facis esse ducentis.
Res noua, tantū vna crescere nocte cedros!

LXXX.

In quamdam Garrvlam *querentem cordi humano non appositam fenestram.*

NOn opus est cordi faciat natura fenestrā,
Id supplet linguæ plurima rima tuæ.

LXXXI.

In Cosmvm *contemptorem epuli cælestis, quod quinque Iuga boum emisset.*

SIdereas malè Cosme dapes, & prandia temnis.
Etsi aliò inuitent te iuga quinque boum,
Vnum & dulce iugum Christi dum Cosme recusas
Molli ferre humero, te iuga quinque manent.

LXXXII.

LXXXII.

In OSOREM *Poëseos.*

ESse leuem quereris, tibi nec quadrare Poësin.
Plumbeus es: leuis hæc; non quadrat ergo tibi.

LXXXIII.

Iterum.

ESt leuis, vt memoras, cunctis ars metrica: cunctis
Si leuis est, soli cur grauis illa tibi est?

LXXXIV.

In PRÆDICANTEM, *qui à Catholico conuictus poculis respondet.*

QVando super mensa Fidei de rebus habetur
Quæstio, vitra solet poscere victus Arari
Victorique merum, sed de meliore propinat,
Sicque argumentum diluit omne mero.

LXXXV.

In CHRISTI DOMINI *mortem, cùm mouit terra, ſolque defectum paſſus eſt.*

NEmo tulit triſtes in Chriſti funere tædas,
Nec fera lugubres æra dedere ſonos.
Quid mirùm? ruptis ſonuerunt marmora ſaxis,
Prętulit obſcuras, lunaque ſolque faces.

LXXXVI.

In IVDÆOS *quærentes Ieſum cum laternis & facibus.*

NE poſthac Cynici moueat laterna cachinnos,
Vnica ridiculas fert Synagoga faces.
Quæritur his Chriſtus, nitidi ſol Chriſtus ocelli:
Quis magè ridendas lampadas eſſe putet?
Non Cynici, ſed ſtulta tuã Synagoga lucernam
Rideo. tu ſolem quæris, & ille hominem.

LXXXVII.

In IRVM *mendicum ſomniantem epulas.*

DAnt Iro lautam, cùm dormit, ſomnia cœnam.
Quàm cautè! noctu, ne videatur, edit.

LXXXVIII.

LXXXVIII.

In PONTIVM *amuletis damnatis (quæ vulgò dicimus* , hauts noms, *alta nomina) gaudentem.*

FAlleris, alta tibi non sunt data nomina Ponti:
Qui dare se dixit nomina, verba dedit.

LXXXIX.

In CODRVM *à Musis ad Martem transfugam, dictitantem se Musis nuntium remittere.*

A Musis tibi Codre nullus vnquam
Venit nuntius, aut epistola: ergò
Musis quomodo nuncium remittes.

XC.

In FLORATIVM EPICVRI *de grege cui* fabulæ manes.

COgnita cum nunquam fuerint tibi tartara: mirum est
Illò tam rectà te tenuisse viam.

XCI.

In CAPRVM HÆRETICVM *qui defloruisse mentitur Romanam Ecclesiam, cum allusione ad Apes Symbolum Vrbani VIII.*

IAm latia hyblæam paſcunt violaria gentem,
Lætaque Tarpeio colle vagatur apis.
I nunc, & Petri Sedem, Romanaque tempe
Eſſe ſuis dicas floribus orba Caper.

XCII.

In PANSAM *more magnatum vetantem eundem cibum ſecundò in menſam referri.*

PAnſæ menſa cibum bis nunquam vidit eundem:
Omnia nam menſæ fercula Panſa vorat.

XCIII.

In OTHONEM *potātem dies integros, & noctes ſolidas ſtertentem.*

QVa viuat anni parte, menſe quo viuat
Neſcit Otho. dubiū facilè ſoluitur. tota
Cùm nocte ſtertat, & dies bibat totos,
Eſt æquinoctium domi illius ſemper.

XCIV.

XCIV.

In LINVM *gulæ mancipium.*

SI turdus aliquis, si qua volucris è phasi,
Si delicata venit in foro perdix
Emptam reportat in suam Linus cœnam.
Nec vult haberi diues; aut gulæ seruus.
Vtque probet, æris affatim mihi est, inquit,
In pretium auiculæ; perparum in bouem integram.

XCV.

In ALBVLVM *mortis immemorem.*

QVi numquam fueras mortis memor Albule: nonne.
Miraris moriens, hanc meminisse tui?

XCVI.

In CRISPVLVM *sobrium, sed nitoris vestium amantem, & Pambonem pannosum heluonem.*

CRispulus exeso seruat ieiunia ventre,
Vt possit nitida cultior esse toga.
Contra, fert tritas, cum bruma est, Pambo lacernas,
Vt recreet gelidam pinguior esca cutem.
Fertur vtrique tamen mens esse simillima. verum
Hic intus mauult; ille calere foris.

XCVII.

XCVII.

In LENTVLI *officiosa mendacia*

O Fficiosa vocas mendacia Lentule. suntq;
Officiosa alijs, officiuntque tibi.

XCVIII.

In CALVINVM *infandi criminis ergò stigmate notatum.*

M Vlta pudicitiæ caussa Caluine tulisti.
Stemmatis inde locò lilia terna geris.

XCIX.

In HISPANVM, *qui glande ferrea, in conflictu deficiente, bombardam sibi excusso dente instruxit.*

N Vllus inerme tuum latus vnquam cernet Ibere.
Arma cui medio crescere in ore solent.

C.

Iterum in eundem.

Q Vi se tuetur dente, feminæ par est.
Et cui sagittā dens parat, viro est maior.

CI.

Iterumque.

I Ra parat telum cunctis. tibi Cantaber vni
De te, deque tuo spicula dente parat.

C I I.

In CALVINISTAM *sacræ ædis spoliatorem.*

HÆreticus veteris populatus munera tẽpli,
Sacram Catholicô sanguine pingit humum.
Fragmentumque crucis sacræ, quam plurima circum
Afferat arcano lumine gemma, rapit.
Et ne sacrilegi culpentur furta Ministri,
Cruxne ea sit Christi, quis mihi dicat, ait?
Improbe vis dicam? res est clarissima, crux hęc,
Dum tua seruabit dextra, latronis erit.

CIII.

In historicum, iam Lunaris Calendarij scriptorem.

PRæteriti historiã mendacẽ qui dedit anni,
Anni venturi scribit ephemerides.
Nunquam prædicet de rebus vera futuris,
Qui de pręteritis scribere falsa solet.

CIV.

In FVNDATORES *ordinum religiosorum, qui paupertatem vocant matrem.*

PAuperies quibus est genitrix, patrem esse laborem
Expedit: hęc proli quod negat, ille dabit.

CV.

CV.

In LAVSVM *furem imaginum, imò trifurem.*

DOctus Apellæa sudatas arte figuras,
Cum medio venum poneret Ambra foro.
Illi manè duas clepsisti Lause figuras.
Cùm te pictorem fingis, & ille putat.
Picturæ sanè es studiosus: namque videmus
A tabula rarò te remouere manus.

CVI.

In DELIAM *ægram & difficilem.*

MOlliter in leni requiescit Delia pluma.
Hebdomades ternas, sic iacet, & queritur!

CVII.

In POETAM *corporis non carminis cultorem, ementem in nundinis spongiam.*

Allusio in illud σπόγγος ἴασεται.

NItoris elegantiæque non rarus
Poëta cultor, spongiam emptitat bellam.
At eluendis empta spongia est malis.
Hic me Poëta decipit. rudi certè
Metro putaui spongiam, haud genis emptam.

CVIII

CVIII.

In PICTOREM *cuius icones, præsertim vmbræ caro venibant.*

DEpictas caro Pictor cum venderet vmbras
De nihilo docuit posse aliquid fieri.

CIX.

Ad HELIOTROPIA.

SOlem: non stellas vestri speculantur ocelli
Stellas non solem suspicit Astrologus.
Claudere vos oculos sole occumbente soletis.
Ad stellas pernox excubat Astrologus.
Nos credo vestra vultis superare Mathesi
Nam sumus Astrologi vespere, vosque die.

CX.

In S. FELICEM, *qui satellitum manum fugiens recenti aranearum tela diuinitùs contegitur.*

IRata Felix in tuum caput sequit
Apparitorum turba. quos solet Belga
Vocitare muscas. en tuos lares audet
Gressu profano terere. quo miser Felix
Clauderis antro? nulla sat domi tuta
Tibi est latebra. Sed bene est, fauent astra,
En subitam Arachne fundit è sinu telam,
Tuumque miro corpus obtegit velo.

Hic

Hic lictor hæret, hic satellitum exanguis
Stat turbo. latum nec mouet pedem miles.
Apage satelles timide, Belga te iure
De genere vili censet esse muscarum,
Aranearum qui leuem times telam.

CXI.

In DIVITEM EPVLONEM.

DIs Epulo qui poscit aquæ, post funera, stillam.
Esse docet verum, semper auarus eget.

CXII.

In POETAM *nouellum, obscœnum cùm acutè dicit*

QVò magè salsa caro est fœtet minùs; at tua tantò
Plus fœtent, quò sunt carmina salsa magis.

CXIII.

In THETIDEM INDAM, *quæ cum marito Mahometis Sacerdote meditabatur, sed perpetuò spuebat.*

SCis cur integra meditans Thetis excreet hora?
Vltra purgantem non solet ire viam.

CXIV.

De S. BENEDICTO *inter spinas.*

TE teneri sternat Benedicte cupidinis agmē?
Et sternat tenero cum grege nudus amor?
Corpore vel lacero in medios te proijce sentes,
Non alia vinci grex tener arte potest:
Mollis in horrētes grex non solet ire myricas,
Et loca non calcat spinea nudus amor.

CXV.

In GELLIAM *fucatam.*

PRo cute curāda multum ęris Gellià pendis,
Nec malè quod peccas in cute, id ęre luis.
Æs desit, pariatque cutis rugosa cachinnos,
Tum cute, quòd solui non datur ære, lues.

CXVI.

In LVTHERVM *asserentem sibi, contra Missam à Dæmone suggesta argumenta.*

CÆca stygis fornax parat argumenta Luthero,
Hinc fumos mendax vendit, oletque Luther.

CXVII.

CXVII.

De eiusdem doctrina à Dæmone hausta, quæ sensim perit.

CRedibile est stygijs tua dogmata cusa caminis,
Tam citò quę in fumos versa fuisse patet.

CXVIII.

In CALVINISTAM, *cui sutorum, sartorumque gens biblia prælegit.*

SI tua Cerdones pice tincti biblia versant,
Cur infecta locis pluribus esse negas?

CXIX.

In GIEZI, *Elisæi famulum.*

NOtus apud seros vt possis esse nepotes,
A Syrio largas Principe poscis opes.
Auro non opus est. illos tua lepra manebit,
Et sic non poterunt non meminisse tui.

Clam hero vim auri magnam ditandis filijs accepit à Naaman Syriæ Regis aulico, cuius auaritiam transmissa in posteros leprâ Deus castigauit.

CXX.

CXX.

Admodum R^{do} & nobili viro D. de LIERRES *Abbati in Chocques.*

TE maiorum hederæ celebrant; tibi sed tua virtus
Suspensâ, dicit, non opus esse hedera.
Lierre, hederam Gallis significat.

CXXI.

In S. DOMINICVM, *qui Bibliothecam vendidit vt pauperes aleret.*

VT sapiant alij mercātur, emuntq́; libellos.
Vt Christo sapiat vendidit ille suos.

CXXII.

In S. IOAN. DAMASCENVM *encomiastem Beatæ Virginis, cui illa abscissam manum restituit.*

TAm bene quæ scripsit de Virgine dextera. credo
Non Damasceni est; sed tua, Virgo, manus.

CXXIII.

Ad MAGDALENÆ *lachrymas, Christo Domino in Pharisæi domo accumbente.*

CHristo epulæ dantur, de potu mentio nulla est.
An Christo Marię lachryma potus erat?

CXXIV.

In PONTIVM *auarum, qui pollicetur se egenis, quibus dat nihil, multa legaturum.*

NIl modò das inopi, dabis omnia cùm moriere.
Qui citò dat, bis dat: vis dare bis? morere.

CXXV.

In NERVAM *ad Philippum sodalem meum.*

VRbem munitã sine sanguine tradidit hosti
Nerua: at quis fuerit Nerua Philippe petes?
Hostis erat Batauis, & longo tempore miles.
Fallor, nec miles Nerua, nec hostis erat.

CXXVI.

In illud Vxorem duxi & ideò non possum venire.

NOn sponsam ducis, te sponsa in tartara ducit.
Si spõsa impediat quò minùs astra petas.

CXXVII.

In Quemdam, qui se iactat compoposuisse carmina dormiendo.

IN somno tibi metra fluunt, tibi fictio præsto est
Vt canis; & diues tum tibi vena fluit.
Haud

Haud ſcio num ſoleas ſtertendo cōdere verſus,
Hoc ſcio te bellè fingere poſſe die.

CXXVIII.

In SATELLITES *ſepulcri, qui dormientibus ſibi, Chriſtum ſublatum mentiebantur.*

SI fortè Chriſtum dormientibus vobis,
Furtim ſepulcro ſuſtulit manus fida
Apoſtolorum; quo modo graues ſomno,
Et dormientes cernere id valebatis?
Oculis apertis, fortè dormiebatis.

CXXIX.

In APOLLINEM *in ſeruos perpetuò inuigilantem.*

SEruorum nutus omnes obſeruat Apollo.
Et ſic non famuli, ſed famulatur herus.

CXXX.

In S. ATHANASIVM, *qui quattuor menſes delitescens in paterno ſepulcro mortem vitauit.*

PHœnicem te iure ſuum vocat Africa tellus,
Qui cinere è patrio vitam, animumque trahis.

C CXXXI.

CXXXI.

In laudem grauiorum Patrum, qui super mensa legere volent.

LEctores vetulos alijs cœnantibus esse
Laudo, senum est inter fercla, dapesque loqui.

CXXXII.

In ANGLVM *Poëtam acutum.*

NOn miror salsi te carminis esse Poëtam,
Cùm tua sint medio carmina nata mari.

CXXXIII.

In HÆRODIADEM, *quæ caput S. Ioannis Baptistæ prætulit dimidio regni.*

DImidio regni caput emit adultera: quanti
Sit pretij vates integer, inde patet.

CXXXIV.

In AFRAM, *quæ optabat Gygis annulum.*

FAustum, ais, ergò Gygem, quòd ei mira annulus arte
Humanos visus fallere posse daret?
Te tamen haud faceret Gygis annulus, Afra, beatam,
Quæ te infelicem, ni videare, putas.

CXXXV.

CXXXV.
In REGIS OSVALDI *liberalitatem.*

AVrum Osualdo seminis fuit loco,
Istud in egenos diuite serebat manu,
Inde manus incorruptionem messuit.
Huius dexteram verò regiam deosculatus
Adrianus Episcopus, à putredine
Immunem fore vaticinatus est.

CXXXVI.
In Solis & Lunæ defectum Christo Domino moriente.

OCcidit, ah! mundi sol Christus, & admiramur,
Si lumen perdant astra minora suum!

CXXXVII.
In TYPHLVM *, qui conceptam cum peccati labe putat B. Virginem.*

ESt expers speculum maculæ Iesseïa Virgo,
Est & perspicuâ purior amnis aqua.
Sola sed in speculo maculas tua lumina cernunt,
Solus in hoc labem flumine, Typhle, vides.
Verùm age, dum speculi vitium specularis, & vndæ,
Nonne ibi formata est oris imago tui?
Si speculũ, si lympha tuos tibi mõstrat ocellos,
Verè ibi te maculas cernere Typhle, probas.

CXXXVIII.

In TYPHLVM *eundem id asserentem contra veterum pæne omnium doctrinam.*

ARgum debueram te, Typhlū quādo vocaui,
Qui quod Lynx potuit nulla videre, vides.

CXXXIX.

In RHETOREM, *qui adolescentis immaturam mortem funebri oratione deplorat.*

MOrs festina tibi est, iuuenem quia sustulit: imò
Cui licuit puerum tollere, sera fuit.

CXL.

DELIA *cibi lautioris appetentior se malo genio infessam putat, quam Medici ieiunio persanarunt.*

DElia cui multo curatą cuticula victu,
Dæmona visceribus credit inesse suis.
Huic Medici suasere famem: ieiuna periclum
Vicit, & exacto prędicat hoste famem.
Dæmonij certè mirum genus hocce fatendum est.
Quod potuit membris pellere sola fames.

CXLI.

CXLI.

In TOLVMNVM, *qui optabat mutari in equum.*

NEmo ſtultitiæ condemnet vota Tolumni,
Magnanimũ quoties ſe fieri optat equũ.
Scit ſibi nil famæ, nihil hinc decreſcere laudis:
Inter equos, Aſino eſt gloria, habere locum.

CXLII.

De S. AGATHONE, *qui vt cantè loqueretur, lapillum in ore volutabat.*

ESt tibi vox Agatho, ſermoque probatior auro:
Nec mirum eſt, lapidem lydium in ore geris.

CXLIII.

In EMANVM, *qui ſui cruciandi cauſſa, aquæ, quam potare ſolitus erat, ſalem admiſcebat.*

CVm biturus aquam ſale multo miſcet Emanus,
Se, non verò ſuam vult ſuperare ſitim.

CXLIV.

De S. Bernardo, & S. P. Xaverio.

MArtyrij genus est castę custodia mentis;
Mellifluí est testis pagina sacra Patris.
Testis es & fuso Francisce cruore: quod ille
Scripto, tu meliùs sanguine, reque probas.

Castitatis seruandæ curam, martyrio confert S. Bernardus. S. verò Xauerius dum fœdam ab animo cogitationem pellere nititur, cruorem largum fudit.

CXLV.

In Zvinglivm.

TE iubet augustam scripto violare synaxin,
Qui media socium se tibi nocte stitit.
Ausus & est maculare nigrâ tua scripta liturâ;
Et tamen addubitas ater an albus erat?

Genium nocturnum à quo argumenta contra realem Christi in Eucharistia præsentiam hauserat, dubitat Zuinglius, ater an albus fuerit.

CXLVI.

In sorores Liam & Rheam; simul cœnantes.

QVo Lia cumque loco sedet, impigra fertur in escas;
Nulla Rheæ primas ni ferat esca placet.

Dispa-

Disparibus studijs miretur nemo sorores,
Hæc etenim fumo vescitur; illa cibis.

CXLVII.

In ARATOREM *ducem, illudentem Claudo, danti nomen militiæ.*

LOripedem vt vidit bello dare nomē Arator,
Quæ tibi mens, inquit, martia castra sequi?
Non mihi mens læua est, ait: ô Dux strenue, Veni
Martem vt pugnando, non fugiendo, sequar.

CXLVIII.

In nobilem Artesiæ Virginem, quæ vt à vicini hostis petulantia tuta esset, infantem vberibus admouit.

VIrgo propinquantes cùm Belgica cerneret hostes,
Infantem mammis admouet illa suis.
Ingenium castæ commendent castra puellæ;
Quæ matrem, ne sit postea mater, agit.

CIL.

Ad CHRISTVM DOMINVM *in cruce.*

ARcum Christe refert tua crux; tua brachia tensis
Æmula sunt neruis, corq; pharetra tuum est:

Quæque vibras, celeres æquant, tua verba, sagittas:
His me, corque meum Christe, fac esse scopum.

CL.

In Sororem, *quæ effigiem nullam matris superesse queritur.*

EFfigiem quereris soror optima matris abesse,
Cum referat carum multa tabella patrē.
In te picta suis est moribus aurea mater,
Illos te præter pingere nemo potest.

CLI.

Malchvs Monachvs *in seruitutem ducitur & fugit.*

MAlchum barbarus exuit cucullo,
Seruum de Monacho facit; iugoque
Annis pluribus opprimit: sed ille
Ausus rumpere vincla seruitutis,
Effractâ repetit domum catenâ.
Mox herum profugus sequentem in atræ
Specus limine, voce detonantem
Audit terrificâ. quid hic inermis
Insanùm domino tonante faxit?
Ne fiat domino furente Malchus
Scissa turpiter aure, forsque collo,
De seruo voluisset esse ceruus.

CLII.

CLII.

De S. AVGVSTINI *Regula, quam speculum vocat.*

REgula par speculo est, citò frangitur illud, & illa.

CLIII.

Iterum.

SI cordi est animum expiare nœuis,
Regulæ speculum frequens reuolue.
Omni volue, reuolue, luce, quoque
Id volues magis, & magis reuolues,
Experire, minùs minusque franges.

CLIV.

In PRINCIPEM CALVINISTAM, *qui exuri iussit effigiem Sacerdotis è carcere fugitiui, pridie quàm ob fidem suspendendus esset.*

MOdùm furori pone, cur furis Princeps?
Si Mysta profugus est, figurã habes Mystæ:
Illam fugacis vice dari iube flammis,
Pro te figuram, cui studes, amat secta.

CLV.

CLV.

De S. ADRIANO, *cùm amputatas manus martyris vxor Natalia oscularetur.*

CVm tua te truncis vidit Natalia palmis;
Euge, ait, ô coniux optime, martyr eris.
Non procul est, tibi quam festinant sidera palmam.
Palma est in manibus nunc Adriane tuis.

CLVI.

In S. NATALIAM D. ADRIANI *coniugem, olim de constantia mariti sollicitam, nunc post amputatos Martyris pedes securam.*

CAsta timere suo cessat Natalia sponso,
Secta vbi pro Christo crura pedesque videt.
Naufragio fidei nouit procul esse maritum,
In tuta posuit qui statione pedes.

CLVII.

In COPERNICVM, *qui docet stare cælum, in motu esse terram, & quæ terræ adiacent.*

MObilis est vt ais, terra, & tu mobilis vnà es.
Vnà etiam cerebrũ mobile, credo, tibi est.

CLVIII.

CLXVIII.

In HÆRETICAM, *quæ blasphemo ore, Dei Matrem porcam compellare non erubuit, & paulo post porcos plures enixa est.*

CVm te multiplici fæcũdam prole parentem
Virgo facit, rebus consulit illa tuis.
Non tibi sunt magno nutrices ęre vocandæ:
Huic turbę nutrix vnica quercus erit.

CLIX.

In FVLCONEM *verbis & verberibus in parentem sæuum, qui tamen amore patrio se parem Thobiæ minori faciebat.*

QVomodo Thobię similem te Fulco probabis?
Hic amor, hic baculus, curaque patris erat.
Tu dolor es patris, patrię tibi nulla senectę est
Cura, probas solum te baculum esse patris.

CLX.

In TVNEBRONEM.

AVri cæcus amor tibi multum indulget: ab auro
Cęcantur reliqui; solus es inde cocles.

CLXI.

CLXI.

In eundem.

Damnatas iterum Tunebro non consulet artes.
Experto satis est consuluisse semel.
Illi clara fuit prior experientia: ne sit
Posterior forsan non ita clara, timet.

Tunebro, immemor crumena sua quam nuper ipse tuto loco abdiderat, consulit artis magicæ gnarum, clauumq́ fabricat, quo raptori dexter oculus eruatur, & mox altero se ipse priuat oculo.

CLXII.

S. EADMVNDVS *ingruentem pluuiam cùm sub dio concionaretur, verbo sistit.*

Cogit Eadmundus cœlo decedere nubes,
Ad plebem pluuio cum Ioue verba facit;
Attentam gelido plebem vetat imbre rigari:
Quam cernit lachrymis immaduisse suis.

CLXIII.

Ad ea LABANI *verba*, cur furatus es Deos meos?

Libera si Laban fuerit tibi turba deorum,
Si non inuiti, dum raperentur erant;
Nemo tibi reus est furti: nisi fortè fateris,
Esse tibi seruos conditione Deos.

CLXIV.

CLXIV.

In PROCVM, *qui Martianam Virginem fugientem cùm pene comprehenderet; subitò ad preces Virginis pariete interposito ab ea separatus est.*

VIrginei florem defendunt astra pudoris,
Quem Boreæ similis perdere leno parat.
Diuisit paries trepidam à lenone puellam,
Vt tegat hac florem Virginis arte Deus.
A sęuo Borea subiti post marmora muri
Iam flos in tuto virginitatis erit.

CLXV.

In eundem.

DEsine veloci concurrere leno puellæ,
Nulla tibi ex isto puluere palma manet.
Si paries meta est, non est tibi meta petenda,
Quam tibi virginei præteriere pedes.

CLXVI.

De discipulo quem diligebat IESVS, *qui rumore inter Apostolos vulgato, non putabatur moriturus.*

IMmortale tibi, Iuuenis pulcherrime, nomen
Diuinus Christi conciliauit amor.

Tanto

Tāto igitur cum ſis Chriſti immortalis amore,
Iure negant ſocij te potuiſſe mori.

CLXVII.

In Maronem *nautam Hollandum orta tempeſtate, triticum è naui in mare ſpargentem.*

SÆpe Maro Batauis ſulcauit nauibus ęquor,
Iam ſerit; imò iterum, dum ſerit, ęquor arat.

Finis Libri primi.

LIBER SECVNDVS EPIGRAMMATVM P. ADRIANI DE BOVLONGNE TORNACENSIS.

I.

In PRÆDICANTEM, *qui visa supplicatione pia Augustæ Vindelicorum, se ex inuidia suspendit.*

Evcharis Augustæ dum ducitur esca per vrbem,
Spectator pompę fortè Minister erat.
Vidit in Angelica præeuntem veste inuentam;
Bis senos habitu vidit Apostolico.
Vidit, & inuidit. sed enim quid carpere liuor,
Addere quid numero, quid resecare queat?
Credit Apostolico quòd desit in ordine Iudas;
Drama imperfectum est, scena, locusque vacat.
Dixit: & extemplò suppleuit munia Iudæ;
Nam sibi fregit, eo vespere, reste gulam.

II.

In quinque CHRISTI DOMINI *vulnera.*

VVlnera quot Christi spectas in corpore; Amoris
Diuini tot sunt ostia facta manu.
Vnâ etenim tardè indignans erumpere portâ,
Tot portas, quot sunt vulnera, fecit Amor.

III.

In PROCLI *domum & sepulcrum.*

QVàm bene marmoreum ponis tibi procle sepulcrum,
Vilia deque luto paupere tecta struis?
Hęc etenim exiguo pòst tempore ista relinques;
At tumuli domus est longo habitanda die.

IV.

In ABELEM *vulgò filium albæ gallinæ cui mater per Quadragesimam oua obtrudebat.*

IVre vocatur Abel, Gallinæ filius albæ.
Cui seruat, reliquis oua negata, parens.

V.

In PHYLLIDA, *cuius oculos falsò soles vocant.*

NOn soles, non astra tui, sunt, Phyllis, ocelli:
In stellis lux est plurima, nulla tibi.

VI.

VI.

In eosdem oculos non frustrà soles vocitatos.

IVre tui Virgo soles vocitantur ocelli:
Cęcant innumeros, solque, oculq; que tui.

VII.

In MARTEM *&* BACCHVM.

MArs & Bacchus habent sua tela; nocentior hic est.
Hic vitam socijs; hostibus ille rapit.

VIII.

Epitaphium POLI *nobilißimi adolescentis.*

DIgnum Nestoreâ Polum senectâ,
Gemmam nobilium, rosam iuuentæ,
Cur mors lethiferâ feris sagitta?
Vt te, credo, probes fuisse cæcam.

IX.

Ad mortem non cæcam.

MOrs cum nemo tuis possit se abscondere telis,
Non tibi frons cęca est, non tibi cæca manus.

X.

In VITEM, *& quæ à vite manant.*

EN quot ab agricolis, vini notissima mater
Vitis, cum tenero pignore damna subit:
Ad turpem lento religatur vimine palum:
Sic maga carnificis reste ligatur anus.
Mollia, cùm pubet, tentantur viscera ferro;
Hinc solet in plagas illacrymare suas.
Cum senuit, patriâ, dolor! à tellure reuulsam
Mittit in ardentes rustica turba focos.
In miseram vitis sobolem natura nouerca est:
Sub tunica veluti carcere clausa latet.
Post aliquot lunas si fortè tenacia duri
Carceris impatiens rumpere vincla cupit;
Adsunt agricolæ, durum genus; vuaq; matris
Rapta sinu, validis proteritur pedibus.
Deinde sub antra domus, gelidaque in viscera terræ
Cogitur; hic discit lignea vincla pati.
Ante obitum paucis si fors educitur horis;
Saxea, pro ligno, pocula carcer erunt.
Funereo tandem potantum turba boatu,
Ventris in obscœno carcere vina premit.
Et vinũ & vitem colimus, quam vincla, crucesq;
Clamant innumeri criminis esse ream?

XI.

In quemdam Caluinistam pertæsum vitæ & desperabundum.

NOn bene Caluino proles dignissime patre,
Morti vt te dedãt, astra, stygemq; rogas.

Vt

Vt vivas., oret pro te Caluinus, obibis:
Nam cui vitam orat, mox solet ille mori.

XII.

In OBTRECTATORIS *calumnias*.

NIl addit numerus qui detrahit: æmulus addit
Plurima, dum famæ detrahit alterius.

XIII.

Epitaphium ÆSOPI *mendici*.

HIc iacet Æsopus, felix post funera: quem mors
Sola facit magnis Regibus esse parem.

XIV.

In CANTHARVM *furem equi*.

DItesces subitò si fias Canthare pictor,
Qui pingendo, vna nocte, lucraris equũ.

Fur iste equum aduenæ niue candidiorem tota nocte nigro colore sparsit, eumq́; mane spectante Domino, vt suum, eduxit.

XV.

In illud Chemin d'enfer, *via infernalis, dum iter molestum dicere volumus.*

Ad GALLVM.

TRisti calle viam, & multo loca sordida cœno,
Tartareum vulgò, Galle, vocamus, iter.

Cœli

Cœli iter eſt potius, via præceps, duraque cœli eſt;
Trita ſed ad Manes eſt, faciliſque via.

XVI.

In AMOS, *paßim vſurpantem hoc Germanicum* der teuffel hollet mich/ *auferat me dæmon.*

TOllite, tollite me ſtygij nigra monſtra receſſus,
Momento fermè quolibet, inquis, Amos,
Tartara viſendi quàm te veſana libido
Vexat? deliras, impatienſque moræ es.
Expecta tantiſper Amos, & te tua certò
Illuc ni reſipis ſontica vita trahet.

XVII.

Epitaphium SABELLI *auari.*

HOc ſub marmore conditur Sabellus,
Infamis [illegible] nimia tenacitate,
Quem patri memorant fame occidenti,
Et micam putridi negaſſe panis,
Et guttam gelidæ negaſſe matri,
Quam diræ ſitis excoquebat ardor.
Nunc pictis etiam dapes lacertis,
Lautam & vermibus apparat ſaginam.
Et ne quid dapibus deeſſe poſſit,
Conuiuas recreat ſuis lacertis.
Papæ! quàm ſubitò, ſtupe viator,
Mors illum facit eſſe liberalem.

XVIII.

XVIII.

In LVTHERVM *estantem cum dæmone commensali.*

DÆmona conuiuam se iactat habere Lutherus.
Bellum cõuiuam nonne Lutherus habet?

XIX.

In AMYNTHAM, *qui de Iure edidit librum vbi de suo nihil.*

QVem de iure librum à varijs describis Amyntha,
Nescio quo dicas iure tuum esse librum.

XX.

In POMPONIVM *iuuenem temulentum.*

CVr primam viridis rosam iuuentæ
Pomponi, nimio obruis falerno?
Iam fessos baculo iuuante gressus,
Morem decrepitæ refers senectæ.
Iam te rauca premit, iubetque tussis
Pulmones etiam excreare totos.
Maturè fieri senex laboras.

XXI.

In stellam Magorum.

QVam mihi stella places Arabum quæ finibus orta,
Bethlemj magnos ducis ad antra Duces.
Pauperis at tugurj quod viso culmine lumen,
Claudis prompta tuum., plus mihi stella places:
Te nati lucere vetat præsentia solis,
Vt latitant paruæ sole micante faces.

XXII.

In S. PAVLINVM, *quo moriente terra tremuit.*

CVm caderes Pauline inopum spes vna, salusque
Tecum inopum multos, credo, ruisse greges.
Quid mirũ est igitur si tanta mole cadentûm,
Et tot funeribus pressa fatiscat humus?

XXIII.

In ALBVM, *cui procaciùs S. Luciam intuenti, illa sibi erutos oculos dono misit.*

VT casto satiet se lumine Virginis Albus,
Pernegat esse sibi lumina bina satis.
Albe suos ideo tibi Lucia mittit ocellos.
Lumina sufficient, credo, quaterna tibi.

XXIV.

XXIV.

In eumdem, qui acceptis S. Luciæ oculis, mali desiderij pœnitens, mundo dixit vale.

ASpicis vt toto suspiret pectore cœlum
Albus? vt auerso lumine temnat humum?
Quid mirum est? alios melior nunc Albus ocellos,
Qui cœli valeant cernere tecta, gerit.

XXV.

In BALBINVM *spurium, qui se ignotum hominem vocari, fert ægre.*

PArce quod ignotum te hominem Balbine vocaui.
Iam tua stirps nota est, teque vocabo Nothum.

XXVI.

In lacrymas S. MARIÆ MAGDALENÆ.

MAgdala sopitos lacrymãdo suscitat ignes,
Quos scelerũ glacie senserat ante mori.
Æstuat, & Christi castos suspirat amores;
Cor flagrat, & toto regnat in ore calor.
Quæ non à lacrymis fiunt miracula! quando
Maximus à gelida nascitur ignis aqua.

XXVII.

XXVII.

In VARVM *vsurpantem illud* Παρέχοντι λαβὴν *vitra dant ansam, dum nimij potus arguitur.*

NOn tibi dant ansam crystallina, Vare, bibendi.
Nulla solet vitreis ansa nitere scyphis.

XXVIII.

In LVPERCVM *studiosum grassatorem.*

LInguam discere non potest latinam,
Græcatur tamen optimè Lupercus.

XXIX.

In conuiuarum asseclas, & parasitos, vulgò vmbras.

COndixit cœnam conuiuis Tucca quaternis,
Vmbras sed secum quilibet octo trahit.
Nox erat, vmbrarumque metu iubet hospitis vxor,
Lumina, & accensas vndique stare faces.
Quid faciant sociæ nocturni temporis vmbræ?
Lucis ad appulsum, quod facit vmbra; abeunt.

XXX.

XXX.

In gallicum prouerbium, il crie comme vn aueugle, *clamat instar cæci.*

CRedo replet cæcus clamoribus omnia: quod se
Captum oculis,& nos auribus esse putet.

XXXI.

In VITEM *&* ARCAM *à Noë inuenta.*

INuentum dispar sunt Vitis & Arca Noëmi.
Naufragium hæc mundo sustulit; illa tulit.

XXXII.

In LVTHERVM *à dæmone vapulantem.*

VApulat audaci Luther à cacodæmone. rarum est
Maiorem à paruo dæmone tanta pati.

XXXIII.

In ARGVM *criminantem externos.*

VIx sua, vixque suæ videt Argus crimina prolis,
Siqua sed in reliquis sunt malefacta, notat.
Mirificos Argi quis non miretur ocellos,
Dissita qui meliùs quàm prope posta, videt.

XXXIV.

In LIAM *reperta bursa persanatam.*

IAm minima est virtus auri pòtabilis. aurum
Non bibit. id vidit, conualuitque Lia.

XXXV.

In MATHONEM *gloriolæ cupidum, qui ad honores euectus, putidè id vsurpat* dij vt pilas nos habent.

SE folli, similemque pilę dicit Matho, sic est,
Illi ventosum noscitur esse caput.

XXXVI.

In MVSCAM *fronti Thetidis adpictam.*

NIgella roseis musca quæ sedet malis,
Thetidi est amica: aculeata sit quamuis
Non mordet illàm, virginis cuti parcit,
In contuentem vt figat altiùs telum.

XXXVII.

In DAVIDIS *triumphum cæso Goliat.*

CVm redit abscisso Goliati vertice Dauid,
Iessęi iuuenis pręlia Virgo canit.
Non id erat tempus iuuenis cantare trophæū,
Nec feret hæc placida carmina mente Saül.

Cū

Qui cecidit canis est, victorque suis probat armis,
Et baculo & saxo se petijsse canem.
Illi igitur frustrà, qui strauerat ante leones,
Iam sit ab occiso gloria tanta cane.

XXXVIII.

In POETAM *sesquipedalibus verbis de Ioue scribentem.*

DE Ioue quæ scripsit petulans epigrammata vates,
Magna cothurnato carmine verba tonāt,
Mouerunt bilem, risumque tonantia verba;
Cum placeat facili clarum epigramma stylo.
Parcendū vati est. Vates rudis, absque tonitru
Credidit in scenam nolle venire Iouem.

XXXIX.

In SPVRIVM *quemdam sciolum.*

CVncta licet sciolus iactet se scire, putatur
Ignorare sui nomen aui; imo patris.

XL.

In LVRCONEM *non castum occisum.*

COnsuetus faciles corrūpere Lurco puellas,
Pernox vicinæ limina pulsat heræ.
Hîc gemit, hîc queritur, plures hîc excubat horas,
Et se præ nimio dicit amore mori.
Crescere furtiuos vbi coniux sensit amores,
Lurconis petulans sauciat ense caput.

Plebs genus accusat cędis, cùm sacra nocentem
Nolint priuatâ iura perire manu.
Non ego sum iudex, hoc tãtùm dicere possum.
Est Lurco voti compos, amore perit.

XLI.

In CATVLLVM *semper ægrum, semperque vitæ cupidum.*

COntinuis trahitur morbis tibi vita Catulle,
Est & sola tui mors medicina mali.
Tu tamen odisti mortem, carissima vita est.
Ergò tibi morbus, non medicina placet.

XLII.

De S. STEPHANO *Hungariæ Rege, cui eleemosynam danti, barbam euellunt importuni pauperes.*

REx Stephanus partem stupuit se perdere barbæ,
Cum miseros largo recreat ęre greges.
Nil hic mirandũ est, pluris sacra barba fit auro:
Fient ex istis lipsana sacra pilis.

XLIII.

In Virginis petulantis lapsum.

PAssa est pudoris Virgo iacturam sui,
Saltu & choreis cum dies totos terit.
Mortem minatur filiæ ferox parens.
Lapsum fuisse mater indulgens ait.
Lapsum fuisse cur ait? saltus fuit.

XLIV.

In illud PETRI, *secuti sumus te, quid ergò erit nobis?*

NOn bene mercedem Christum sectando requiris.
Est merces longè maxima posse sequi.

XLV.

In Doctoris MARTINI LVTHERI *vitam & mortem.*

MOrs Martine fuit tibi pessima, pessima vita.
Quum non duo, tam simile esse potest.
Non igitur debent inter contraria poni,
Cum sint tam similes vitaque morsque tibi.

XLVI.

In BOMBYCEM, *qui facto serico filo mortem obit.*

PApilio moritur, primùm vt sua serica neuit.
Tanti author luxus, causaque iure perit.

XLVII.

In illud exijt edictum à Cæsare vt describeretur vniuersus orbis *Maria prægnante.*

ISte puer casta Mariæ qui clauditur aluo,
Et terram, & laxâ continet astra manu.

 Nil

Nil igitur prodest vigili describere cura,
Tot populos, vrbes, oppida, rura, domos:
Describi puerum satis est. descriptus in vno,
Hoc puero vasti circulus orbis erit.

XLVIII.

In PONTI *lacrymas ob æris iacturam: & Amonis risum, partis opibus.*

Ad BITHYNICVM.

SOrdidus amisso flet Pontus iugiter auro:
Ridet Amon partas cum sibi cernit opes.
Quò magè flet Pontus, min..s est Bithynice flendum.
Ridendumq; minùs, quò magè ridet Amon.

XLIX.

De BATTVLO *nimis in filium rigido.*

IMmeritum laceras cum barbare Battule natum,
Scis quid agas? facis vt, te dubitem esse patrem.

L.

In BALAM *Prophetam Persidis.*

ANgelicos nunquam vultus Balame videres,
Ni pecus ipsa suum prima doceret herũ.
Fas erit ergo tuum mihi temnere Persa Prophetam.
An vates, cuius doctor Asellus erat?

LI.

L I.

In illud non bene conueniunt nec in vna sede morantur Maiestas & amor.

MAiestas & amor malè cõsentire feruntur.
Cùm nimis hic leuis est, cùm nimis illa grauis.

L I I.

In quemdam rabulam forensem, qui dono à clientibus acceptum leporem decies, decies eodem die reuendidit.

CAussidico leporem fert Tityrus; illicò iussu
Caussidici iusto venditur ære lepus.
Vix venum expositus fuerat, mox Pambo redemptum
In turpis rabulæ sordida tecta refert.
Mox venum it rursum, rursumq́; lepusculus idem
Fit rabulæ: in varias itq́; reditq́ue manus.
Sol vnus decies venalem vidit, & vnus
Sol toties rabulæ vidit adire lares.
Dum vixit, cursu lepores lepus iste præiuit;
Tam citò qui tantum mortuus egit iter.

LIII.

In PICTOREM *ad Christi cunas vaccam pro boue appingentem.*

PRo boue qui pinxit Christi ad pręsepia vaccam:
Non artis; pueri sed studiosus erat.
Noluit hoc stabulo sterilem mugire iuuēcum;
Vellet, quod pinxit, lac dare posse Deo.

LIV.

Ad CHRISTVM *in cruce, &* *Beatam Virginem.*

CVm cernit genitrix morientis vulnera Christi,
Lethifero pectus vulnere læsa fuit.
Clamat ad hoc vulnus læsæ genetricis Iesus,
Credibile est etenim sic potuisse queri.
Non dolet ô! genitrix lacerum mihi vulnere pectus,
Sed, quod sis nostro vulnere lęsa, dolet.
Cui genitrix, mihi nate dolent quæ vulnera sentis,
Non, quæ fecisti vulnera nate, dolent.
Felix tormentum, felicia vulnera amoris,
Vulnera vbi alterius, non sua sentit amans!

LV.

L V.

In FLACCVM *Poëtam bibulum & durum.*

FLaccus amat carmen fluidum, tamen inuida Flacco
Prędurum carmen ſcribere Muſa dedit;
Quis flaccum culpet? librū inter pocula ſcripſit,
Fudit, & vt fluerent carmina, ſępe merum.
At nocet iſte liquor, rude, ſcabroſumque poëma eſt:
Quale ſolent vetuſæ tegmen habere ſues.
Aſpera vina nimis ſunt flacce; eſt mollior vnda
Fluminis, huc librum, huc carmina mitte, fluent.

L VI.

In multitudinem Deorum veterum.

OLim, ſicut olus, ſuccreuit turba Deorum;
Fæmina cum pareret ſæpius vna duos.
Non fuit vrbs, nec ager, non rus, non vlla taberna;
Sacra vbi marmoreo non ſtetit ara Deo.
Hos homini haud miror cultum deferre Deorum:
Condere de ſaxis ſi potuere Deos.

L VII.

In pueros ob mendacia vapulantes.

SI mendacia mi puelle fundis,
Te profundere lacrymas docebunt.

Nam mendacia constat esse fumum,
Qui fumus lacrymas solet ciere.

LVIII.

In TIRONEM, *qui Cynthiam auream: sed imperitè pinxit.*

CYnthia non docti Pictoris parce pudori,
Si te formosam pinxerit ille minùs.
Cerne, vt te gemmis, & fuluo contegit auro,
Vt tibi de tyrio vellere palla nitet.
Si te non potuit, Tiro, depingere bellam:
Te potuit certè pingere magnificam.

LIX.

In OTHONEM *iuris studiosum armatum.*

HVmanioribus Otho litteris tinctus,
Ad sacra seueri limina aduolat iuris:
Tum cinctus ense latera, nil crepat præter
Rixas, duella, bella, sanguinem, mortes;
Humanitatem vt exuisse iam constet.

LX.

In CRISPVM *gentilem submersum.*

VT tibi Crispe leuis tumulus post funera detur,
Thure Deos omnes, thure deasq; colis.
Iam medio mersus pelago cur numina culpas?
Erras, si tumulo vis leuiore tegi.

LXI.

LXI.

In Holofernem *à Iudith cæsum.*

SI rapuere tuos viduæ ſandalia ocellos,
Quàm metuo capiti Dux Holoferne tuo.
Cùm vis tanta pedum, faciet quid dextera Iudith?
Illi oculos, rapiet ſed tibi dextra caput.

LXII.

De P. Petro Canisio, *in cuius conclaue inuolauit ales, cum æger edendæ carnis deſiderio teneretur.*

SOlebat ambulantes
Laudare Roma cœnas.
O! ſi tuam Caniſi
Poſſet videre cœnam!
Non poſſet ambulantem
Laudare: ſed ſtuperet
Tuam volare cœnam.

LXIII.

In Tityrvm *cuius bos arare renuit.*

SI piger immani bos delaſſatus aratro
Iniuſti renuit pondera ferre iugi.
Tityre nil damni eſt; panem, quæ viua ſolebat,
Nunc etiam carnem vult dare cęſa pecus.

LXIV.

LXIV.

In DÆMONA *Christi impugnatorem.*

CHristum longa fames cruciat, venit hospes ab orco
Durus, & in viles dat tria saxa cibos.
Talia tartareæ si præbent fercula mensæ:
Prandia quis tali vellet habere loco?

LXV.

In M. LVTHERVM, *qui se Heliam vocitare solet.*

PAr Luther Heliç est: corui pauere Prophetã.
Martinus coruos pascere dignus erat.

LXVI.

In Fratrum iurgia & raram concordiam.

LÆdæos inter fratres lis esse videtur,
Cùm Pollux cepit surgere, Castor abit.
In terris posthac quid mirer iurgia fratrum,
Cùm videam fratres nolle coire Deos.

LXVII.

De SANCTÆ BARBARÆ *nomine.*

BArbara cum non sit, de patre est Barbara dicta.
Sæpe sui patris filia nomen habet.

LXVIII.

LXVIII.

De FRANCISCO PRIMO, *Rege Galliæ, dictitante se manum, brachiumue, si hæresim contraherent, abscissurum.*

HÆreticam si dextra luem mea contrahat, inquit
Franciscus; stricto protinus ense metam.
Id decet; in sanos ne permeet hæresis artus:
Nam cancro similis dicitur ista lues.

LXIX.

In quosdam rusticos Luxemburgenses, antiquæ superstitionis, qui lupi nomen proferre non solent.

ARmento metuit, si primis fortè labellis,
Proferat aut tacito Tityrus ore lupum;
Ad caulas fortasse suas & ouilia, credit
Non inuitatos nolle venire lupos.

LXX.

Iterum.

EGregius sanè tutatur ouilia pastor:
Quem mouet absentis voxque sonusque lupi.

LXXI.

LXXI.

In LINVM *iactantem se esse helluonem librorum.*

TE Line vorasse litteras satis constat,
Ina cui superat vix scientiæ mica.

LXXII.

De LYCVRGO.

VIuit adhuc læuo qui te priuauit ocello?
Et Sophiæ gnarum de nebulone facis?
Prudenter. nam si pereat quoq; dexter ocellus,
Iam, qui te cæcum ducere possit, habes.

Nebulonem, ille à quo altero fuerat priuatus oculo cum punire posset, amici loco habitum, Philosophum fecit, & virum probum.

LXXIII.

Votum Christo pro Catholicis contra Protestantes.

FAc *Protestantes* vinci, Rex Christe, cateruas.
Fac pro te stantes vincere Catholicos.

LXXIV.

In CORNIPETAM.

OCcurr quoties vnà cœnabimus, inquis.
Nempe domi quoties cœna parata mea est.

LXXV.

In PICENTEM *auarum datorem.*

DAt mihi ſerta Picens, pro ſertis prandia ſperat;
Aut cœnam; aut nummos; quam bene dando petit!

LXXVI.

Afra Caluiniſtica net in contemptum feſti omnium Sanctorum, & manus vſum perdit.

DVm neret ſuperûm contemptrix luce ſacratâ;
Vſum ſacrilegæ perdidit Afra manus.
Iacturæ nihil eſt, immo plus Afra lucratur.
Ne poſthac nendo ſacrilega eſſe queat.

LXXVII.

PICTORIS, *qui S. Joannem Baptiſtam imperitè, eleganter verò Euangeliſtam depinxerat, excuſatio.*

QVam bene Ioãnis Zebedæi eſt picta figura,
Tam malè Baptiſtę picta tabella tibi eſt.
Dicis, ad hæc; pueri inueſtis depingere vultum
Te poſſe; at vocem pingere poſſe negas.

LXXVIII.

LXXVIII.

De ſcalis Iacob, quibus Angeli deſcendere & aſcendere videbantur.

His precor aligeri faciles decedite ſcalis;
 Progenies Euæ vos miſeranda rogat.
Non opus eſt vobis ſcalis, vos aſtra tenetis.
 Nobis, qui ſurſum tendimus, his opus eſt.

LXXIX.

In illuſtrem viam quà S. Benedictus ad ſuperos iuit, & eius poſteros, quorum nemo trecentis annis fertur damnatus.

Quæ via cœleſtem Benedictũ duxit ad aſtra,
 Clarior æſtiui lampade ſolis erat.
Inde patet Benedictinæ cur gentis, ab illa
 Nullus aberrauit, per tria ſecla, viâ.

LXXX.

In illud, Ad vinum diſertus.

Qvis linguam ad Bacchi calices neget eſſe diſertam?
 Tam bene cùm linguas imbuat iſte Deus.

LXXXI.

In VLYSSEM *barbatum quisuam timet vmbram.*

IPete militiam, cunctos terrebis Vlysse.
Nam tua barbatum territat vmbra virum.

LXXXII.

In nouitios Ascetas, fame enectos.

CVm tam præclaras ferat vtraque plantula ficus:
Debueratne tuâ mors fera falce meti?

Deferebant illi maiorum iussu ficus recentes, sed errore vastæ solitudinis decepti fame periere, intactis tamen quas ferebant ficubus.

LXXXIII.

In POENVM, *qui iactat se paucis diebus græcam didicisse linguam.*

TE Græcum denis didicisse idioma diebus
Credo ; nec opus est Punica id firmes fide.
Cum sit Græca fides vt Punica : fors quoque Græcæ
Phrasi esse similis Punicus sermo solet.

LXXXIV.

LXXXIV.

Ad illud Τὸ κοῖλον τοῦ Ποδὸς δεῖξαι *volam pedis ostendere.*

In MILITEM *fugitiuum.*

IGnaue miles cur auis volas instar
Hoste insequente? num volam pedis mõstras
Volam à volando vt nullus ambigat dici?

LXXXV.

Ad veteres & hodiernos Christianos, qui verum Abrahæ sunt semen.

PArs natorum Abrahæ stellas; pars æquat arenam.
Sunt veteres stellæ. nos sed arena sumus.

LXXXVI.

In IOSEPHVM FABRVM *altorem Christi.*

NE pete quantus erat Iosephus in arte fabrili
Arte Tua, magna est ars, aluisse Deum.

LXXXVII.

In dulcissimum scriptorem S. Bernardum Virginis lacte potatum.

VBertim madidus Mariano lacte fuisti,
Cùm tua scripta etiam permeet iste liquor.

LXXXVIII.

In floram cerussatam, & eius iconem.

IDem, flora, color tibi, tuæque
Picturæ est. oculi, genæque, fronsque
Sunt prorsus similes. colore eodem
Os & picta rubent labella vtrique.
Quid mirum est? fuit & Magister idem,
Qui pinxit tabulam, genasque floræ.

LXXXIX.

In statuas Deorum Indiæ, oleo vt nigrescant, illitas, & grauiter olentes.

ANtè olidos bona tura Deos malè perditis Indi.
Forsitan at vestris naribus illa datis.

XC.

In AMATOREM *delirio correptum.*

ÆRata, iuuenis, quem cernis compede vinctum,
Perdidit heu! mentem, captus Amore suam.
Noluit infelix vitare Cupidinis arcum,
Donec in hunc vertit spicula cæcus Amor.
Cæcus Amor non est, scitè nimis vtitur arcu,
Dirigit in medium qui sua tela caput.

XCI.

In GELLIAM *mendacem & furem.*

GEllia mentiri solet omnia, semper vbique
Mentitur roseas fuco adoperta genas.
Mentitur niueos falso medicamine dentes,
Mentiturque noua relligione fidem.
Mentitur castum demisso lumine pectus,
Mentitur proauos, seque, suumque genus:
Se tamen haud potuit mentiri Gellia furem,
Nam fur & mendax, non duo sunt, sed idem.

XCII.

In Sanctorum Petri & Magdalenæ pænitentiam.

PRimis vt Dominum Petrus conspexit ocellis.
Periurî terso crimine mundus abit.
A Domini sperare oculis non ausa salutem
Plorat, & à lacrymis Magdala poscit opem.

Lacryma

Lacryma quam felix, quæ Christi certat ocello!
Nam mentis sordes ille, vel illa lauant.

XCIII.

In NABVCODONOSOREM, *qui versus in bouem, Deum noscit.*

AVdis Assyrij turgentia verba tyranni,
Sacrilego qui se venditat ore Deum?
Audis hunc medios inter mugire iuuencos
Ore bouem? quid ait? se negat esse Deum.
O! bouis, ô! regis voces. dignissima rege est
Vox bouis; at stolido regia verba boue.

XCIV.

In AVLICVM ATHEVM *in rotam actum.*

FOrtunam cui vota dabas, dũ vita maneret,
Cur quereris moriẽs non meminisse tui?
Ad summos olim quæ te prouexit honores,
Post mortem in summo te cupit esse rotæ.

XCV.

In BALANVM *decoctorem.*

NE Balani opibus petulans ditesceret hostis,
Ipse suas fregit tempore pacis opes.

XCVI.

XCVI.

In APELLEM *in rogum, vi munerum, rogos euadentem.*

EXpers Grãmaticæ, Magicę catus artis Apelles,
Declinare rogum qua ratione poteſt?
Dicit per ſolum ſe declinaſſe datiuum.
Pluralis numeri, credo, datiuus erat.

XCVII.

In duo ſymbola Pythagoræ ne cor edito, *&* à fabis abſtineto.

Ad ipſum PYTHAGORAM.

NE cor edi prohibe. cœnas prohibeto fabarum.
Quis cor edat, ſi non ederit ante fabas?

XCVIII.

In S. BERNARDVM *albi canis forma matri inſomnis exhibitum, deq; illo clamante fures, cum ab impudente petitur muliercula.*

BErnardus niuei, vocem, geniumq; catelli,
Dum latrat in fures virginitatis, habet.

XCIX.

XCIX.

In EVRVM *die ieiunij toto potitātem, & vt, ait,* ne potus noceat, *frusta panis ad quæque vitra esitantem.*

INtegros potando dies cùm transfigis Eure,
Cur piper & salsi fragmina panis edis?
Ne potus noceat? sed cum sine fine, modoq́ue
Dicis, ne noceat potus, vtrumque nocet.

C.

In illud Mulier amicta sole.

NEt tunicam Christo genitrix, à prole genitrix
Pallam de puro lumine solis habet.
Quis iam miretur vestitam à sole Mariam,
Quæ Soli insignem neuerat ante togam?

CI.

Ad illud εἰς κόρακας κόλακες ad coruos adulatores.

REctè ad voraces palpo mittitur coruos.
Nam palpo viuos, mortuos vorant corui.

CII.

CII.

Iterum.

ADire fures palpo te decet coruos.
Viuos solebas edere, plura iam disces.
Te quoque docebunt edere mortuos corui.

CIII.

Ad ROMAM.

ROma, tuum iactas Capitoli immobile saxum;
Sępe sed hoc saxum mobile, Roma, fuit.
Dat tibi pro saxo, Christi sapientia, petram,
Saxo illi noli fidere, fide petræ.

CIV.

In spinas coronæ Christi Domini.

TErra ferax Christi caput est, vbi nempe stupendâ
Plantauit spinas arte colonus Amor.
Irriguum pręstat cum sanguine lacryma fontem.
Carpite purpureas postera turba rosas.

CV.

In TVRCAM *&* HOLLANDVM *Ecclesiæ hostes.*

SPonsam Christe tuam Batavi; te Turca lacessit:
Te terrâ petit hic, te petit ille mari.
Fallor. se petit iste furor, stygiamque paludem;
Quò properant velis alter; & alter equis.

CVI.

Ad illud tritum In vino veritas.

SI latet in puteo verũ, vt Democritus inquit:
Cur bibuli in vino quæritis? est in aqua.

CVII.

In ANDRONEM SOPHISTAM *suspensum.*

VErborum laqueos Andro, dũ vixit, amauit,
Cum laqueis igitur debuit Andro mori.

CVIII.

In OTHONEM *ægrè Senatu abeuntem.*

EXpirante suo timet expirare Senatur
Ne simul expiret; debuit ante mori.

CIX.

In LINVM *cœnipetam.*

CVr tibi me carum Line iactas esse sodalem,
Cùm tibi nostra nihil constet amicitia?
Es mihi tu caros carissimus inter amicos,
Qui mea sæpe bibis vina, dapesque voras.

CX.

In corpora Sanctorum quæ cum Christo resurgente de tumulis surrexerant.

IN cruce, vix nostro Christus sol occidit orbi;
Cùm cepit stygias irridiare domos.
Multaque Sanctorum se nigris turba sepulcris
Extulit, & patriam læta reuisit humum.
Surgere, quid mirum est, qui dormiuere tot annis,
Et quibus est orto sole renata dies?

CXI.

De morte & somno ad Atticum.

ESt gelidæ mortis frater sopor Attice: sed cur
Est homini lenis frater, acerba soror?
Diligimus somnũ, mortem execramur, & inde
Fortè homini sopor est blãdus; & illa ferox.

CXII.

In IRVM, *qui edidit commentarios in D. Thomam, ab alijs ad verbum descriptos.*

VVlgasti in primam speciosa volumina partem,
Et mox de libro lis fuit Ire tuo.
Quæstio non bene fit de re, certè optima res est.
Hausisti è doctis singula quæque libris.
Res tua non agitur: veterum sunt dogmata, resq́.
Lis de solo igitur nomine fortè fuit?
Lis hæc vana. tuum est quod præfert pagina nomen,
Et nihil in libro præter id, Ire, tuum est.

CXIII.

In CHINENSES, *qui deos suos loris cædunt.*

VIndictæ genus insolens, nouumq́ue
Exercere China in deos putatur;
Sed nullum genus hic videtur esse
Vindictæ, licet in deos flagellis
Sæuiat. ratio est aperta. picti
Non læsere dij suos Chinenses,
Nec læsere deos sui Chinenses.

CXIV.

In differentiam Epigrammatis & Satyræ.

LOngum amouendo crimini parat carmen
Mordax acerbo Satyra dum tonat versu.
Compendiosa Epigrammatum vis est. nil hîc
Est, quod seueræ præferat minas virgę.
Credas iocari, cùm reos ioci sanant.
Ars vtraque fateor curat improbos mores:
Satyra sed ægro pluris, & sibi constat.

CXV.

In ASCANIVM TROIANVM, *qui herba Mercuriali ad supellectilem tergendam vtebatur.*

SI vas tergendum, si pocula, calceus, ollæ;
Mercurialem herbã Tros adhibere solet.
Herba prudenter tali Tros vtitur. herba
Vim detersiuam Mercurialis habet.

CXVI.

De S. AMBROSIO.

SVxerunt mel apes, nascentis ab ore puelli.
Mella reguſtabit qui leget Ambrosium.

CXVII.

In Agrippinam, *cui ab Auguribus prædicta cædes à Nerone filio, si potiretur imperio, ad quod respondit* Occidat modò imperet.

PRo nati imperio vitam si pacta fuisti,
Cur quereris si te iusserit ille mori?
Nunc empti pretium imperij à te postulat. vltro
Debes, quod natus postulat, ipsa dare.

CXVIII.

In S. Pavlvm Eremitam, *cui palma vestem & cibum suppeditauit; eoque moriente, ruit.*

PAlma tibi vestem, victum tibi palma ministrat,
Palma tibi crescit, teque cadente, cadit.
Palma tua est semper, dum pugnas Paule; nec hostis
Palmam, te quamuis sternat, habere potest.

CXIX.

In Contemptorem P. Suaris, à quo iste pleraque mutuatur.

PAucula digis habet Suâres: sic esse fatentur,
Qui libros eius te spoliasse, notant.

CXX.

In HERODIADIS *puellam quæ regni dimidio caput S. Ioannis Baptistæ prætulit.*

SI tibi dimidio regni stant fercula prima:
Altera te facient fercla perire fame.

CXXI.

In Matrem Benedicti II.

POntificem natum non fecit splēdida vestis,
Nec toga te matrem Pontificis faciet.

Ut vidit Pontifex nuper creatus, matrem humili loco natam splendidè vestitam, matrem negauit donec plebeia prodiret in veste.

CXXII.

In S. SILVESTRVM, *qui nomina viduarum & pauperum in libellum retulerat, quem quoque die lectitabat.*

OMni luce breuis relegis bene verba libelli:
Nam quot verba ibi sunt, sunt ibi tot capita.

CXXIII.

CXXIII.

In CALLIODORAM *&* DELIAM *laruatas semper.*

BElla suam faciem solis defendat ab æstu,
Laruam perpetuò Calliodora gerit.
Contra rugosam ne prodat Delia frontem,
Laruatas etiam gestit habere genas.
Illa oculos metuit solares; Delia nostros.
Tecta tamen laruæ Casside, neutra timet.
Non timet hæc homines; non solem Calliodora.
Immò vtraque est ipsis iam metuenda viris.

CXXIV.

In EBRVM *studiosum.*

VEndit Eber pauco pretiosos ęre libellos,
Vt madeat dulci nocte, dieque mero.
Venijt octo meri poclis Cicero, Plato septem,
Quinque Theophrastus, sex Maro, Naso tribus.
An sit habendus amans studiorum? nescio, certè
Heluo librorum est iure vocandus Eber.

CXXV.

In AMICVM, *qui me sæuiente bello curam edendi libri iubet deponere.*

TEmpore Martis, ais, vulgas metra? quidni? hodierna
Sit lux Martis; erit chrastina Mercurij.

CXXVI.

In VLMONEM *religiosum philopatridæ, cuius obedientiam similem baculo senis vult esse partem S. Ignatius.*

FIxus humo patriâ, hîc firmis radicibus hæret.
Quæritur, an baculum se senis Vlmo probet?

CXXVII.

In ORATOREM *Ecclesiasticum, Societatis nostræ, qui in prima concione B. Virginem cæli ianuam esse demonstrauit.*

DVcturus sermone suos ad sidera ciues,
A cæli porta quàm bene cepit iter!

CXXVIII.

De eodem carissimo Patre.

DVro alij nos calle trahunt ad limina cæli:
In porta primo nos locat ille die.

CXXIX.

Ad CHRISTVM *in monte oliuarum pridie mortis, & cùm eodem die cælum conſcendit.*

SVpremum ante diem quidnam meditaris in horto?
Ah! tibi de ſpinis aſpera ſerta paras.
Cur tamen hunc repetis dum ſcandis ſidera? nonne
Vt tibi poſt ſpinas dent ſua ſerta roſæ?

CXXX.

In DÆMONA *Muſcam nomine, ad tumulum Patris Leonardi Leſſij piæ memoriæ, à virgine obſeſſa pulſum, vnà cum ſocijs.*

VIuit adhuc magni ſcriptoris dextera Leſsi,
Virgineoq́ue fugat corpore mōſtra ſtygis.
Et ne Muſca quidē supereſt, reuolauit in orcū,
Quid mirum? Muſcas caldior aura trahit.

CXXXI.

In cœnas Ægyptiorum & Europæ.

INter delitias cœnæ, Memphitica tellus
Pallida terrificæ fert ſimulachra necis.
Nos hîc pulſâ hilares epulamur imagine mortis,
Sed mors poſt epulas, pocla q́ue noſtra venit.

CXXXII.

In Cæcvm, *qui pectus Christi, vt quibusdam placet, hastâ petijt.*

CÆcus erat sacrum qui cor transfixit Iesu:
Huius enim cordis vulnus Amoris erat.

CXXXIII.

In eundem cæcum, sed adacto vulnere, pœnitentem.

CÆcus erat telum exanimes qui vertit in artus:
Cæcum, dum facti pœnitet, esse nego.

CXXXIV.

De conuictu almæ Virginis Mariæ, & Iosephi cum puero Iesu.

VIrgineo genitrix cum lac das vbere, prębes
Ioseph sudoris Christo alimenta tui.
Non poterat diuus malè crescere pusio; Ioseph,
Et sudore tuo, Virgoque lacte tuo.

CXXXV.

In Herodiadis *puellam quæ defert in disco caput S. Ioannis Baptistæ.*

CVr caput in disco portas sine condimento?
An sine iure tibi talia fercla placent?

CXXXVI.

De Patre Ioſepho Anchieta, nautis æſtuantibus umbram procurante, deuocatis cælo auibus.

Feſtinam fer opem, langueſcit nauta calore:
Auxilio volucres, ſi iubeantur, erunt.
En parent volucres, volucrum volat agmen; in vmbra
Sunt nautæ, prompta eſt; nam volat iſta ſalus.

CXXXVII.

In Architectos turris Babel, qui confuſis idiomatibus, ſolam vocem ſaccus *in omni lingua retinuerunt.*

Confuſis ſubitò omnium loquelis,
Turris Aſſyriæ quod architecti
Saccum quiſque ſuum vocare poſſit
Qui mirabitur, hic ſciat neceſſe eſt
Deo vindice turris architectos
In ſacco poſitos fuiſſe cunctos.

CXXXVIII.

In S. IGNATII MARTYRIS *cor à leonibus intactum, reliquis artubus exesis.*

IGniuomum Iesu nomen dum corde foueres,
Nonne tuum Ignati pęne cor ignis erat?
Intacti inde patent cordis miracula, flammis
Abstinet, & viso pellitur igne leo.

CXXXIX.

In coniuges ebriosos & pugnaces.

VApulat à potâ non potus coniuge coniux,
Sobriaque à poto vapulat illa viro.
Neuter at alterutrū culpat post verbera diuos:
Aut Bacchum, aut Martem tela vibrasse putant.
Ter quater ô! placidæ felix concordia tedæ,
Quam violare truces non potuere dij!

Finis Libri secundi.

LIBER

LIBER TERTIVS EPIGRAMMATVM P. ADRIANI DE BOVLONGNE TORNACENSIS.

I.

Ad Sereniſſimum LEOPOLDVM, *Cæſaris Ferdinandi III. Fratrem, cuius auſpicijs duo Sueciæ Duces fuſi.*

Alluſio ad Anagramma

Leopoldus pello duos.

ARmis cùm Leopolde tuis, duo fulmina belli,
Et Koniſmarchum, Baneriũq; fugas.
Iure potes dici forti Hercule fortior: vni
Namque tibi fas eſt dicere *pello duos.*

CXIV.

In differentiam Epigrammatis & Satyræ.

LOngum amouendo crimini parat carmen
Mordax acerbo Satyra dum tonat versu.
Compendiosa Epigrammatum vis est. nil hîc
Est, quod seueræ præferat minas virgę.
Credas iocari, cùm reos ioci sanant.
Ars vtraque fateor curat improbos mores:
Satyra sed ægro pluris, & sibi constat.

CXV.

In ASCANIVM TROIANVM, *qui herba Mercuriali ad supellectilem tergendam vtebatur.*

SI vas tergendum, si pocula, calceus, ollæ;
Mercurialem herbā Tros adhibere solet.
Herba prudenter tali Tros vtitur. herba
Vim detersiuam Mercurialis habet.

CXVI.

De S. AMBROSIO.

SVxerunt mel apes, nascentis ab ore puelli.
Mella regustabit qui leget Ambrosium.

CXVII.

In AGRIPPINAM, *cui ab Auguribus prædicta cædes à Nerone filio, si potiretur imperio, ad quod respondit* Occidat modò imperet.

PRo nati imperio vitam si pacta fuisti,
Cur quereris si te iusserit ille mori?
Nunc empti pretium imperij à te postulat. vltro
Debes, quod natus postulat, ipsa dare.

CXVIII.

In S. PAVLVM EREMITAM, *cui palma vestem & cibum suppeditauit, eoque moriente, ruit.*

PAlma tibi vestem, victum tibi palma ministrat,
Palma tibi crescit, teque cadente, cadit.
Palma tua est semper, dum pugnas Paule; nec hostis
Palmam, te quamuis sternat, habere potest.

CXIX.

In Contemptorem P. Suaris, à quo iste pleraque mutuatur.

PAucula dicis habet Suâres: sic esse fatentur,
Qui libros eius te spoliasse, notant.

CXX.

In HERODIADIS *puellam quæ regni dimidio caput S. Ioannis Baptistæ prætulit.*

SI tibi dimidio regni ſtant fercula prima:
Altera te facient fercla perire fame.

CXXI.

In Matrem Benedicti II.

POntificem natum non fecit ſplēdida veſtis;
Nec toga te matrem Pontificis faciet.

Vt vidit Pontifex nuper creatus, matrem humili loco natam ſplendidè veſtitam, matrem negauit donec plebeia prodiret in veſte.

CXXII.

In S. SILVESTRVM, *qui nomina viduarum & pauperum in libellum retulerat, quem quoque die lectitabat.*

OMni luce breuis relegis bene verba libellis
Nam quot verba ibi ſunt, ſunt ibi tot capita.

CXXIII.

In CALLIODORAM *&* DELIAM *laruatas semper.*

BElla suam ut faciem solis defendat ab æstu,
Laruam perpetuò Calliodora gerit.
Contra rugosam ne prodat Delia frontem,
Laruatas etiam gestit habere genas.
Illa oculos metuit solares; Delia nostros.
Tecta tamen laruæ Casside, neutra timet.
Non timet hæc homines; non solem Calliodora.
Immò vtraque est ipsis iam metuenda viris.

CXXIV.

In EBRVM *studiosum.*

VEndit Eber pauco pretiosos ære libellos,
Vt madeat dulci nocte, dieque mero.
Venijt octo meri poclis Cicero, Plato septem,
Quinque Theophrastus, sex Maro, Naso tribus.
An sit habendus amans studiorum? nescio, certè
Heluo librorum est iure vocandus Eber.

CXXV.

In AMICVM, *qui me sæuiente bello curam edendi libri iubet deponere.*

TEmpore Martis, ais, vulgas metra? quidni? hodierna
Sit lux Martis; erit chrastina Mercurij.

CXXVI.

In VLMONEM *religiosum philopatri-da, cuius obedientiam similem baculo senis vult esse [illegible] S. Ignatius.*

FIxus humo patriâ, hîc firmis radicibus hæ-
ret.
Quæritur, an baculum se senis Vlmo pro-
bet?

CXXVII.

In ORATOREM *Ecclesiasticum, Societatis nostræ, qui in prima concione B. Virginem cæli ianuam esse demonstrauit.*

DVcturus sermone suos ad sidera ciues,
A cæli porta quàm bene cepit iter!

CXXVIII.

De eodem carissimo Patre.

DVro alij nos calle trahunt ad limina cæli:
In porta primo nos locat ille die.

CXXIX.

CXXIX.

Ad CHRISTVM *in monte oliuarum pridie mortis, & cùm eodem die cælum conscendit.*

SVpremum ante diem quidnam meditaris in horto?
Ah! tibi de spinis aspera serta paras.
Cur tamen hunc repetis dum scandis sidera? nonne
Vt tibi post spinas dent sua serta rosæ?

CXXX.

In DÆMONA *Muscam nomine, ad tumulum Patris Leonardi Lessij piæ memoriæ, à virgine obsessa pulsum, vnà cum socijs.*

VIuit adhuc magni scriptoris dextera Lessi,
Virgineoque fugat corpore mõstra stygis.
Et ne Musca quidẽ superest, reuolauit in orcũ,
Quid mirum? Muscas caldior aura trahit.

CXXXI.

In cœnas Ægyptiorum & Europæ.

INter delitias cœnæ, Memphitica tellus
Pallida terrificæ fert simulachra necis.
Nos hîc pulsâ hilares epulamur imagine mortis,
Sed mors post epulas, poclaque nostra venit.

CXXXII.

In CÆCVM, *qui pectus Christi, ut quibusdam placet, hastâ petijt.*

CÆcus erat sacrum qui cor transfixit Iesu:
Huius enim cordis vulnus Amoris erat.

CXXXIII.

In eundem cæcum, sed adacto vulnere, pœnitentem.

CÆcus erat telum exanimes qui vertit in artus:
Cæcum, dum facti pœnitet, esse nego.

CXXXIV.

De conuictu almæ Virginis Mariæ, & Iosephi cum puero Iesu.

VIrgineo genitrix cum lac das vbere, præbes
Ioseph sudoris Christo alimenta tui.
Non poterat diuus malè crescere pusio; Ioseph,
Et sudore tuo, Virgoque lacte tuo.

CXXXV.

In HERODIADIS *puellam quæ defert in disco caput S. Ioannis Baptistæ.*

CVr caput in disco portas sine condimento?
An sine iure tibi talia fercla placent?

CXXXVI.

De Patre Iosepho Anchieta, nautis æstuantibus umbram procurante, deuocatis cælo auibus.

Festinam fer opem, languescit nauta calore:
Auxilio volucres, si iubeantur, erunt.
En parent volucres, volucrum volat agmen; in vmbra
Sunt nautæ, prompta est; nam volat ista salus.

CXXXVII.

In Architectos turris Babel, qui confusis idiomatibus, solam vocem saccus in omni lingua retinuerunt.

Confusis subitò omnium loquelis,
Turris Assyriæ quod architecti
Saccum quisque suum vocare possit
Qui mirabitur, hic sciat necesse est
Deo vindice turris architectos
In sacco positos fuisse cunctos.

CXXXVIII.

LIBER TERTIVS EPIGRAMMATVM P. ADRIANI DE BOVLONGNE TORNACENSIS.

I.

Ad Sereniſſimum LEOPOLDVM, *Cæsaris Ferdinandi III. Fratrem, cuius auſpicijs duo Sueciæ Duces fuſi.*

Alluſio ad Anagramma

Leopoldus pello duos.

ARmis cùm Leopolde tuis, duo fulmina belli,
Et Koniſmarchum, Banneriũq; fugas.
Iure potes dici forti Hercule fortior: vni
Namque tibi fas eſt dicere *pello duos.*

II.

In HERVM *quemdam de heluonibus seruis gloriantem.*

ESse tibiá potu celebres, ais, Oedipe seruos;
Inuidet hos seruos Oedipe nemo tibi.

III.

In AVLVM PICTOREM.

TE mortem viuis pinxisse coloribus, inquis:
At morti viuus non quadrat Aule color.

IV.

In HIRCVLI *fœtentem spiritum.*

HIrculus horrificam putri vomit ore Mephitim,
Et socios, audent cùm prope stare, necat.
Victor erit, strictâ si dimicet Hirculus hastâ,
Lethifero certam qui vomit ore necem.

V.

In ABELEM *impurum Pictorem.*

NOn pingit, cùm pingit Abel sine veste puellam:
Virginis hæc non est forma; figura lupæ est.

VI.

In virum nobilem & reconditarum litterarum, qui è vijs militaribus quæ Bauacum ferunt, putat esse Nerniam.

NEruiacum veteri nomen quadrare Bauaco,
Ex latijs memoras te didicisse vijs.
Non est hęc adeò doctrina recondita. tota
Ex triuio siquidem est, vt patet, hausta tibi.

VII.

In eundem.

INter Tornacum lis est, interque Bauacum.
Litem, Romanis Neruia nota, facit.
Tu vetulam cupidus litem componere; ab ipsis
Argumenta putas esse petenda vijs.
Sed frustrà à Latijs petis argumenta plateis,
Tam longâ non est lis dirimenda via.

VIII.

In Virginem vberibus detectis.

VBeribus nudis cùm cernit fortè puellam,
Lacteus huc oculos vertit, & ora puer.
Lac petit inde, ratus matris, non virginis vber;
Et risu, & lacrymis lac petit inde puer.
Si matrem dici pudeat, tegat illa papillas,
Vel faciet, fraudis nescia lingua, fidem.

IX.

IX.

Adolescens Ignatio, cum hic brumali cælo in frigidâ mersus illum ab amore impuro deterret.

IGnati hiberno quidnā meditaris in amne?
Te periment gelidę, sis licet ignis, aquæ.

X.

Ignatius Adolescenti.

NE metuas si sæua meo nocet vnda calori.
Vis fortasse meo parcere? parce tuo.

XI.

In OENOPOLAM *merum aquâ diluentem.*

CAupo parauit opes sibi magnas tempore paruo.
Scis caussam? in vinum vertere nouit aquam.

XII.

In somnum gelidæ mortis fratrem.

EGelidæ mortis frater malè, somne, vocaris.
Mortali vitam gignis, & illa necem.

XIII.

XIII.

Milites habitu rustico nuces venum portant, & caesis excubitoribus, qui lapsas colligebant, vrbe potiuntur.

PRo nucibus vitam dat in vrbis limine miles:
Nemo emeret mediâ carius vrbe nuces.

XIV.

Iterum.

CVm puerorum instar, gens rustica cernit alumnos
Martis in effusas insiluisse nuces.
Congediamur, ait, socij, victoria certa est:
Isti etenim nondum deseruere nuces.

XV.

In Milites, qui veste muliebri, arcem occuparunt, rixâ cum excubitoribus ex composito excitatâ.

MEntiti sexum iuuenes, vigilesque superbae
Arcis, rixantum iurgia more serunt.
Vtq; fit à verbis, ventum est ad verbera: sed mox
Faemineo excubitor plurimus ense cadit.
Iurgia militibus, non mirum est, ista nocere:
Nam palmam in rixa faemina semper habet.

XVI.

XVI.

In Milites, qui sponsam habitu rustico in vrbem comitantur, eamq; occupant.

Ad Cives.

RVstica plebeio non est sub tegmine sponsa,
Quæ terit agresti limina vestra pede.
Dote nimis magna, ô! ciues, hæc rustica nubit.
Quę vult vestram vrbem dotis habere loco.

Qui sponsam simulabat, adolescens erat nobilis, & intercepta vrbis creatus est Præfectus.

XVII.

In Senem *querulum de senij incommodis.*

SÆpe senex querulo superos clamore lacessis,
Quòd tibi det tardos pigra senecta pedes.
Pœna senectutis non est: sunt munera: scit te
Ad mortem celeri currere nolle pede.

XVIII.

In Phœnicem post rogos viuum.

NOn moritur medijs, qui deflagrat ignibus ales.
Cunæ illi, quę nos busta putamus, erant.

XIX.

In Horologia Domini Thrasij, quorum solare alterum, alterum arenarium.

PVluis & vmbra, tuæ metitur tempora vitæ.
Quid sumus ergò Thrasi? puluis & vmbra sumus.

XX.

In HERVM, *ob recolas casu confractas, seruos cædentem.*

FRegerat ah! vitreã, sed casu, verna lagenam.
Tu vernæ immeriti brachia frangis here.
At, te pœnituit. vis nunquam pœniteat te?
Brachia vis nulli frangere? frange vitra.

XXI.

In Dactylum expertem medicinæ, qui se multos sanitati restituisse iactabat.

RE Medicus non es, sed linguâ Dactyle: nonne
Sanandi genus hoc te docuere canes?

XXII.

In eum, qui cõgiarium impertit ijs qui bibacitate compotores superant.

ACribus haud frustrà donas potoribus aurum:
Auro opus in medicos, & medicamẽ erit.

XXIII.

In HERCVLEM *&* DAVIDEM.

STrauerit Alcides Nemeæa in valle leonem;
Summus & Alcidæ sit licet iste labor.
Plus potuit Dauid: cui, fului colla leonis,
Et fortes Vrsos sternere, lusus erat.

Ecclesiasticus refert Davidem lusisse cum leonibus quasi cum agnis, & cum vrsis similiter.

XXIV.

In quemdam, qui duros censet esse versus meos & parum acutos.

CVm mea non æquus legisset carmina Iudex,
Esset & iratâ charta repulsa manu.
Nulli hîc sunt flores; hîc nullum est, inquit, acumen.
Hîc præter spinas nil ego miror, ait.
Si nil mirãdum: saltem est res mira: quòd isto
Spina libro absque vllis crescat acumenibus.

XXV.

XXV.

S. Pavllo *Eremitarum Principi centum propè annis panem ministrauit coruus.*

VNum de volucrum grege coruum, fercula centum
Annis, Paulle, tibi suppeditare decet.
Viuax est coruus, volucrum citò trāsuolat ętas,
Et numerat brumas vix auis vna duas;
Ne toties igitur fidum mutare ministrum
Sit dolor: en coruum qui famuletur, habes.

XXVI.

In Crispvm, *qui fabulæ ornandæ gratia, personatas vmbras in choris omnibus exhibet.*

INdoctę dum Crispe dares spectacula scenę,
Esset & in rudibus gratia rara iocis.
Informes vmbras Erebi producis ab antris,
Quas minimùm decies vnica scena refert.
Cui non his monstris aspersit tempora sudor,
Esses cum toto fabula Crispe foro?
Frustrà igitur toties adducere niteris vmbras:
Cùm nulla errores obtegat vmbra tuos.

XXVII.

In PAVLLAM, *quæ se labilis, ait, memoriæ.*

ESse sibi fluxam memoriam dolet Paulla,
Et est dolendum. siquid etenim ei credis,
Aliorum in aures fluere mox sinit Paulla.

XXVIII.

Anco Proculum certando grandioribus poculis necat, & postera luce funus ducit.

ANco necauit heri Proculum (quæ gloria!) potu:
Quem stupet vrbs hodie funeris esse ducem.
Nil tamen hîc mirum est, si ductor funeris Anco est.
Certè hodie, quod heri fecerat, Anco facit.

XXIX.

In octo Principis THOMÆ *milites, cæsis totidem Scotis hostibus, triumphantes.*

CVm sic pugnatur, cùm talibus argumentis:
Thomistæ esse omnes, nemo Scotista velit.

XXX.

In CAPRI *uxorem garrulam.*

DIcitur esse tibi caper, ære loquacior vxor.
Non pulsata, etiam nocte, dieque sonat.

XXXI.

In Templum nulli fabricâ secundum, nisi alas haberet humiliores.

QVærenti, cur bella ædes super omnia templa
Non volites, alis dic vitium esse tuis.

XXXII.

In Hispanos, qui reperta acu maris, victricia signa toto orbe circumtulere.

VSus acu maris est bene Cãtaber: assuit eius
Auxilio regnis plurima regna suis.

XXXIII.

In VLMONEM *putidè facetum.*

SE putat Vlmo suâ cuiuis leuitate placere:
Cùm cuicumque suâ sit liuitate grauis.

XXXIV.

SS. Victori & Socio in æde Societatis IESV *Insulis mira patrantibus, detersâ febre gratiarum actio.*

TAndem pulsa febris, magno Victore, recessit.
Victricem socij sensit & illa manum.
Plaudere Lilla tuum est: nec enim, quod sæpe dolebas,
Ignotum Socij pòst tibi nomen erit.
Nam qui Victoris Socius prius audijt, illum
Iam quoque Victoris nomen habere patet.

XXXV.

Cæcilianus putat se in somnis à Patre Societatis IESV *commendari B. Virgini, & manè baptismum petit.*

NOn est quod dubites baptismi fonte lauari,
Nox tibi *consilium* Cæciliane *dedit.*

XXXVI.

In CALVMNIATOREM.

GRande quid esse putas confingere crimina: certè,
Qui facis ex nihilo plurima, multa potes.

XXXVII.

XXXVII.

Ad Carolvm Avdacem *Burgundiæ Ducem, qui regni nomen suæ Belgicæ impetrare non potuit.*

VT minimis par sit tua Belgica nomine, regnis;
Nec virtus, nec opes id potuere tuæ.
Præstiterit tamē vt magnis, tua Belgica, regnis;
Et virtus, & opes id potuere tuæ.

XXXVIII.

Nauigatio Christiana.

SVnt lacrymæ *pelagus*, celeres suspiria *venti*,
Remus Amor, spes est *anchora*, *cymba* fides.
Est dæmon *scopulus*, *syren* caro, *scyllaq;* mundus,
Sit mihi *nauta* Deus, sidera *portus* erunt.

XXXIX.

In quemdam qui, ait, se cum lecto adhuc teneetur stationes, vt vocant, obire solitum.

FIxus adhuc lecto loca Christi sanguine nota,
Cum sensu, vt memoras, relligionis obis.

Res est relligiosa: tuis sed laudibus adde,
Nudis quòd pedibus conficis istud iter.

XL.

In DÆMONA *qui lucernam, orante S. Gudula, extinxit.*

NE pateat tua fraus, extinguis lampada: sed iam
Clariùs extinctâ, fraus tua, luce patet.

XLI.

Epitaphium Illustrissimi Comitis PHILIPPI DE GOMICOVRT.

ILlic nobilium iacet venustas
Doctorum iacet hic decus virorum.
Huc secum gelidi sub antra saxi,
Virtutes rapuit Philippus omnes.
Solati tamen hoc habent amici,
Quod natum similem sui reliquit.

XLII.

In MARTINVM LVTHERVM *cui filius fuit Chirurgus.*

CHirurgum frustrà natū vult esse Lutherus,
Sanet vt à sæuo vulnera facta patre.
Nam

Nam pater in miseras direxit vulnera mentes,
Et natus solam scit medicare cutem.

XLIII.

In Hylacem *ebrium, in mari mersum.*

IN mare potus Hylax cecidit: natumque perisse
Exclamat Thetidis crimine, mœsta parens.
Parce parens Tethidi: haud merserunt æquora natum;
Quem Bacchus vino merserat ante suo.

XLIV.

In Alexandri *milites, qui statuam Iovis aureo fulmine divitem spoliarunt.*

DVm miles raperet Iovis aurea fulmina, totus
Ardebat; sed eo fulmine sæpe peti.

XLV.

In Muscas fronti Philenis adpictas.

TEmpore ne brumæ tibi desit, aranea, victus;
In pictâ muscas fronte Philenis alit.

XLVI.

In BANNERIVM *obſidentem Pragam pridie kalendas Iunij, & kalendis abeuntem.*

QVam bene dura ſuis te Suecia præficit armis,
Tam vigilem nullus vidit in orbe Ducẽ.
En geminos menſes premis altę mœnia Pragę,
Et vix ſomnum oculis nox dedit vna tuis.

XLVII.

In ABOBVM *defodientem opes ſuas.*

AVrum ſi terrę mandas, vt creſcat, Abobe.
Sementem facies multam; alijq́; metent.

XLVIII.

In IVDAM.

QVæritur infandi tortor pro crimine Iudæ,
Torqueat vt ſummum, ſtyx minùs apta, ſcelus.
Non eſt ſacrilegi ſatis improba dextra Caïni.
Non ſat habet crudas vlla Megæra manus.
Tortor ſit Iudas. ſceleri par tortor habetur.
Aptior infando dextera nulla reo eſt.

XLIX.

XLIX.

In mortem & militem qui Christi latus aperuit.

IN Christum sua mors, sua miles spicula torquet,
Vnum vulneribus lædit vterque suis:
Mitior illa tamen funesto est milite; nam mors
Abstinet occiso, quem scelus ille petit.

L.

Prædicans persuadere conatus est patibulario ne sepulturam petat, hac ratione.

NE rogita tumuli tristem post fata latebrã,
Dat tibi crux aurâ liberiore frui.

LI.

In BIBVLVM *Catarrho obrutum.*

PErpetuo madidus venas maris accola vino,
Magnificus Bacchi cultor & osor aquæ,
Obrutus insano pectus, stomachumque catarrho,
Dicitur extremis hæc cecinisse labris,
Ite hominum postes vndę,colo numen Iacchi,
Vitam quam dederant vina, tulistis aquæ.

LII.

In Mortem.

MOrs omnis medicina mali est, morbique leuamen,
Vnde tamen paucis hęc medicina placet?

LIII.

Responsio.

QVemque suo par est contentum viuere morbo,
Quando minùs morbus quam medicina nocet.

LIV.

In LVPIVM HVSSITAM; *qui Cæsaris exemplo sub vna specie (vt vocant) communicare cæpit.*

IAm Lupio, speciem qui nuper vtramque synaxis
Prætulit, exemplo Cæsaris vna placet.
Nempe sibi esse putat Priuato dedecus, vna
Contentus cum sit Cęsar, habere duas.

LV.

De Arbore scientiæ boni & mali.

NOn liquet à quali fuerit deceptus Adamus
Arbore; de fructu constat, acerbus erat.

LVI.

LVI.

In NABVCODONOSOREM, *qui in feram mutatus Deum agnoscit.*

ASsyrius metuenda tenet dum sceptra tyrannus,
Non alium quam se iactat in orbe Deum:
Idem quando bouis, mutato corpore, formam
Induit, agnoscit, qui regit astra Deum.
Assyrias mirare boues; nam dicere fas est
Assyrio regi mente præire bouem.

LVII.

Ad S. PETRI *fluctuantis verba,*
Domine salua nos perimus.

AD Christum dum carpis iter, super æquoris vnda
Quam prodis modicam Petre timendo, fidem.
Christus adest, Domino coram, te mergere pontus
Non vult; non etiam, fac voluisse, potest.
Mergor, ais. bellè. nitidum te sistere Christo,
Vult mare, vultque tuos vnda lauare pedes.

LVIII.

In VENEREM *mari ortam.*

BArbara quæ tristes toto ciet orbe procellas,
Nonne Venus natam se probat esse mari?

LIX.

In HAVRVM *nobilem, qui cum latinè sciat, fore sibi putat dedecori, si latina proferat.*

DOctum aliquid certum est linguam redolere latinam,
Et tamen Haure loqui verba latina fugis.
Stultus si taceat sapiens quandoque videtur:
Tu verò, sapiens ne videare, taces.

LX.

In TITYRVM *cui cum fabulam spectat, bursa abscissa fuit.*

A Spectante aliquo, fieret cum drama, crumenam
Clamitat abscissam Tityrus esse sibi.
Imponi miserè est passus sibi Tityrus. iste
Quem spectatorem credidit, actor erat.

LXI.

In BRASILOS.

NOn edit in sudore suum Brasillia panem.
Caussam vis forsan discere? pane caret.

LXII.

LXII.

In IEROBOAMI *vitulos aureos.*

FErtur Ieroboam, vitulos, sua numina, ture,
Et tauro, & cæso conciliasse boue.
Non puduit regem vitulis se subdere. taurum
Credo pudet, vitulos dum cadit antè, suos.

LXIII.

Ad SICARIVM *serui, qui veste Orbinij heri sui proscripti tectus, heri vice cæsus fuit.*

TE latij iugulum ciuis petijsse satelles
Dum reris, seruum nonne fuisse doles?
Non est, quod doleas. seruus non occidit, à quo
Est factus liber nobilis Orbinius.

LXIV.

In P. IOSEPHVM, *qui nautis æstu fessis umbram procurauit, deuocatis cælo multis auibus.*

QVæ modò stabat iners Phœbeis torrida flammis,
Aduentu uolucrum fit propè *nauis, auis.*

LXV.

In VLMVM AVARVM, *qui vestes à tineis & penu à vermibus sinit exedi.*

QVod tibi cumque domi carum est, das vermibus Vlme.
His tyrias vestes, his tua fercla paras.
Quis comes ergò tibi, quis certet amicus haberi;
Qui, quod amas iubeas vermibus esse cibũ?

LXVI.

In DÆMONA, *qui candelam S. Gudulæ extinxit.*

CVm putri vigiles extinguas nare lucernas,
Nonne cinislonem te stygis esse probas?

LXVII.

In PVDENTEM *sua putidè somnia narrantem.*

VOluit mente Pudens, dum somniat, acta diei.
Deinde sequente refert somnia vana die,
Hinc quãdo vigilat, credas dormire Pudentem;
Et quando dormit tum vigilare putes.

LXVIII.

LXVIII.

In EXCVBITOREM *Dardaniæ & Prædicantem.*

TArdigrado vectus cũ fortè Minister asello,
Intraret veteris mœnia Dardaniæ.
Excubitor ratus esse equitem, dedit ęre canoro,
Vicina è turri terq́ue, quaterq́ue sonum.
Falleris excubitor sublata voce Minister
Inquit, nunc asino, cras reuehemur equo.
Cui vigil, esto, inquit, non me mea dextra fefellit.
Hic vnum duplex æquat asellus equum.

LXIX.

In apes quæ Ambrosij vagientis ori insedere.

DVm puer Ambrosius platani dormiret in vmbra,
Mater ad os pueri ludere cernit apes.
Territa dat gemitum: nato sua spicula figent
Inquit, & has celeri vult remouere manu.
Purpureis, sine mater apes residere, labellis,
Non solet esse rosis noxia, mater, apis.
Mellea namq́ue cohors quæ ludit in ore puelli,
Luditur, os pueri dum putat esse rosam.

LXX.

In illud CHRISTI *ad Magdalenam* Mulier quid ploras?

QVid fletu prohibes famulæ lacrymantis ocellos?
Christe tibi manat, qui fluit inde, liquor.
Crimina quę quōdam lacrymis sua diluit, illo
Magdala vult artus, imbre rigare tuos.
Quęque suum fletu fratrem reuocauit in auras,
Optaret lacrymis te reuocâre suis.

LXXI.

In BVRDONEM *pecoris ditissimum à fide deficientem.*

BVrdonem patriâ rex vult decedere terra,
Si fors Romanam stat retinere fidem.
Quid faciat Burdo pecoris ditissimus? an se?
An, quarum tot habet millia, perdat oues?
Ah! ne perdat oues; animæ dispendia præfert;
Inque nouę partes relligionis abit.
Pastorem egregium sanè! nam seq; animūque,
Pro grege non dubitat ponere Burdo suo.

LXXII.

In GELLIAM *fucatam.*

GEllia picta genas, hominum non fallis ocellos:
Res clara est, fucum tu tibi sola facis.

LXXIII.

LXXIII.

In S. PAVLI *mortem cum lac pro sanguine fudit, & illud* Lac vobis potum dedi.

QVando Paule, sacro generatis fonte, solebas
Castum pro potu lac dare, mater eras.
At meliùs te Paule, probas à funere matrem,
Qui tua post mortem pignora lacte foues.

LXXIV.

In PHILOSOPHVM *cœnipetam.*

AD cœnam Sophiæ gnarum semel Vlmo vocauis;
Continuos septem venit at ille dies.
Ignarus Sophiæ est; nec enim distinguere quidquam,
Inter discretum, continuumque potest.

LXXV.

In MOPSVM *agricolam.*

DVm Mopsus colit arua, coli debere Priapũ
Audijt; huic geminos amputat ergo pedes.
Fictilis inde Dei patulas cum naribus aures,
Et caput & durâ brachia falce secat.
Parcite Dî Mopso; nam numina rustica credit
Rusticus, vt segetem, falce solere coli.

LXXVI.

In SIMONIS MAGI *lapsum.*

SAcrilegus vetitas Simon malè postulat alas,
Cum pedibus tutò carpere nouit iter.
Ast vbi præcipiti lapsu crus fregit vtrumque,
Portandis poterat cruribus ala peti.

LXXVII.

In D. CATHARINAM, *quæ lac pro sanguine fudit.*

OSsa Catharinæ cœlites humo mandant,
Viâ sed animus lacteâ petit cœlum.

LXXVIII.

In P. TRIGAVTIVM *è Chinis reducem.*

TE reducem ex alio tua Belgica suspicit orbe,
Et fruitur vultu post tria lustra tuo.
Non tibi longa parum prodest absentia; multò
Notior vt fias ciuibus illa facit.

LXXIX.

In Natalem SS. Innocentium.

GRex tener, eia! tuo natali serta paramus,
Visne tibi demus lilia? visne rosas?
Demus vtrumque tibi florem; nam dignus vtroque es.
Emisti vitâ lilia, morte rosas.

LXXX.

In SESOSTRIS *superbiam, qui captis Regibus pro equis vtebatur.*

TE *pecudem*, haud *Magnum* facit ista superbia: qui quos
Natura esse pares scis tibi, credis equos.

LXXXI.

In OVIDIVM, *qui ait se Amores ludere.*

FAlleris ô teneros Ouidi non ludis Amores;
Te puer (ah! nimiùm credule) ludit Amor.

LXXXII.

In PROPERTIVM, *qui se Sacerdotem Veneris canit.*

TEne Sacerdôtem Veneris rear esse Properti?
Non es: sed Paphiæ victima sacra Deæ.

LXXXIII.

In EZECHIELEM *&* IACOB *Prophetas: quorum ille vigilans, hic dormiens videt Cælites.*

EZechiel, Iacobe, tuos non çquat ocellos:
Cùm dormis, eadem, quæ vigil ille, vides.

LXXXIV.

LXXXIV.

in TERENTIVM *vulgò* fucum, *quòd aliena scripta pro suis vulgaret.*

AVdet te *fucum* quicumque vocare Terenti:
Florigenam meliùs dicere posset apem.
Cauta apis è varijs pinsit sua liba rosetis:
Sic tibi rapta alijs metra dedere librum.

LXXXV.

In S. FRANCISCVM XAVERIVM, *qui nautas & vectores Deo conciliauit.*

ÆQuor aras, sed non vano Francisce labore,
Cui metitur mediâ plurima messis aquâ.

LXXXVI.

In CONSTANTINOPOLIM, *ob pulsum S. Chrysostomum, grandine de cælo tactam.*

AVrea quæ tempsit facundæ fulmina linguæ,
Vrbs sua miratur grandine tecta peti.
Quid mirum si grando cadit post fulmina: iure
Vrbi, quæ risit fulmina, grando nocet.

LXXXVII.

In MINISTRVM *rudem aliena scripta declamantem.*

IN cathedram scandit dicturus Præco: sed isthic
Promptus, & ad verbum scripta aliena refert.
Si quis eum furti insimulet, si singula quæque
Dicat ab externo verba venire libro:
Nil, ait ille, libro decessit; qui volet, illum
Perlegat. & facient verba relicta fidem.

LXXXVIII.

In AMARYLLIDA *super mensa loqui solitam.*

VOx Amaryllis erat nostris grauis auribus olim,
Cùm cœnæ vellet tempore sola loqui.
Iam, cùm vicini conuiuæ mussat in aurem,
Nostris vox oculis incipit esse grauis.

LXXXIX.

In APOLLONIVM *ægrum, auro reperto sanatum.*

HYppocrates medici doctè vim prædicat auri:
Quòd solo visu sanat Apollonium.

XC.

In ETYMON *Vitis.*

A Vita vitem quidam deducit; at alter
Vitem à vitando; nec malè vterq; docet.
A vita est vitis quam Christi mensa propinat;
Vitis vitanda est improbe Bacche tua.

XCI.

In COTTAM *fugitiuum militem palo infixum.*

COtta, tui in pugna cecidere, iacentque sodales:
Tu rapis abiecto turpiter ense, fugam.
Traijcit hinc vili tortor tua viscera ferro.
Fallor, strenuus es; stas, socijque iacent.

XCII.

In FLORAM *trigamam.*

VNo tres anno sepeliuit Flora maritos;
Vixq; genę lacrymis immaduere tribus.
Lacrymulam dat cuique suam: tria funera, ternas,
In numero ne quid peccet, habent lacrymas.
Ad numeros alię saliuntque, canuntq; maritę,
Flora sed ad numeros vnicà flere solet.

XCIII.

In LITIGATOREM TVLLIVM, *qui iudici dat munera.*

PLurima iudicibus cum munera mittis amicis,
Sordidus es Tulli, munificusque simul.
Munifici signum est animi dare munus amicis,
Munera iudicibus mittere auaritia est.

XCIV.

In ALBAM *mortuo marito, vociferantem, ò! vbi est vir meus!*

OCcisum male-sana scias licet Alba maritũ:
Semper id ingeminas, ô! vbi, vir meus est?
Non nos Alba, tuum mors sustulit atra maritum:
Quæris vt inuenias? mors adeunda tibi est.

CXV.

In S. HERCVLANVM EPISCOPVM, *cui saluo grege, pellis & caput iussu Totilæ ablata sunt.*

VErè hic Pastor erat, cui ne pecus vlla periret:
Et caput & pellem perdidit ille suam.

XCVI.

XCVI.

In illud Dauidis ad te leuaui oculos meos, *& Magdalenam quæ lacrymis oculos rigabat.*

EHeu! quanta oculis excepit vulnera Dauid.
Vulnera quãta oculis Magdala facta tuis!
Lumina læsa sibi Dauid; sua lædere sentit
Magdala, & ambobus quæritur vna salus.
Pande oculos Dauid, pateãt tua vulnera cœlo;
Et, ne quem lædant, Magdala claude tuos.
Euge! bene est; oculis venit medicina duobus.
Pandit vt ille suis; clausit vt illa suos.

XCVII.

In CENTVRIONEM *sole defectum patiente, pœnitentem.*

VIx sol purpureo terras afflauerat ore,
Cùm ruit in Christi, plebs furiosa, necem.
Tota duxque die Latius vult perdere Christum,
Romulei sed sunt irrita vota ducis.
Interea tristes subitò sol versus in vmbras
Clarificum tecto sustulit ore diem.
Tum se dux Italus sentit pugnare Tonanti,
Et malè mortalem bella mouere Deo.
In se igitur versis meditatur bella lacertis,
Delet & admissum lacryma multa scelus.
Dux benè pugnasti; meliùs pugnatur in vmbra:
Quam tibi sol palmam non daret, vmbra dedit.

XCVIII.

XCVIII.

In S. LEONEM *patriæ patrem dictum.*

SI patriæ Leo ſit genitor : fruſtrà ergò Latini
Imperij mater creditur eſſe Lupa.

XCIX.

In CÆCILIANVM *Atheum ſuſpenſum.*

CAtholicus Romæ, Bizantj Turcus haberis;
Idque vocas vti, Cæciliane, foro.
Cum ſcurris leuis es, Monachus cum Relligioſis,
Idque vocas vti Cæciliane foro.
In medio tibi proinde foro, nũc furca paratur,
Vt poſſis vti nocte dieque foro.

C.

In canes lunan non ſolem allatrare ſolitos.

VErtagus in nitidi non latrat lumina ſolis,
Allatrat frontem Cynthia bella tuam.
Fors, quia nocte venis, & formam vertis in horas,
Te canis ipſe putat furis habere notas,

CI

CI.

In LVDIMAGISTRVM ARANTEM, *qui scripta suorum discipulorum suo vulganit nomine.*

SAt cultos versus rudis euulgauit Arantes,
Nam liber inscriptus nomine Arãtis erat.
A quo non fieret versus, fit grande volumen,
Hocque à discipulis, grande volumen habet.
Omnia iam fiunt fieri quę posse negabam:
Cùm versæ redeant ad caput amnis aquæ.

CII.

In S. BERNARDVM *concionabundum.*

HActenus haud norat te tantùm Rhetora, dæmon.
Quem bene cepta, malo claudere fine, iubet.

Sub concionis finem gloriola aura afflatum se à dæmone sentiens Bernardus, ita illum cepit alloqui. Nec pro te cepi, nec pro te finiam.

CIII.

In fæminarum oculos vitandos.

CÆsaris *ut vidi, vici*, tibi fæmina quadrat,
Palmam, siue vides, siue videris, habes.

CIV.

CIV.

De P. MARCELLO MASTRILIO, *ob fidem in Iapone, plexo capite, quo cadente, tellus tremuit.*

EXcelsâ, haud mirum est, fidei labente columna,
Pondere sub tantò contremuisse solum.

CV.

In arborem quæ comitata est S. Gudulæ corpus, & stetit, vixitque ad eius tumulum.

QVisquis amas Gudulam, Gudulæ venerare fauillas,
Te colere hos cineres aduena planta docet.
Se sponte ad Gudulę tumulum stitit arbor: ab illa
Vt tua suspendas dona; vel inde legas.

CVI.

In illud Mendacem sui oportet esse memorem.

ESse tui memorem te nemo probauerit; oris
Tam fędi immemorē te magis esse decet.

CVII.

CVII.

De Dorcade *altrice pauperum eorum precibus ad vitam renocata.*

VItam seruarunt inopi tua munera Dorcas;
At te defunctam viuere fecit inops.
Multa inopi fateor prestas ditissima Dorcas:
Plura tamen pauper, quæ tibi donet, habet.

CVIII.

In Spinam, *quæ vt sacra fert Iudicum historia, regnum affectauit.*

SI magnos ornare solet clementia reges,
Si regum est largâ fundere dona manu.
Non quadrat diadema tibi, non sceptra; cruoris
Es nimiùm sitiens spina, nimisque tenax.

CIX.

In Brasilos *Antropophagos.*

IN cineres transire suos post funera patres
Pæne viuus toto Brasilus orbe vetat.
Nam vetulos patres, & matrum viscera natus,
In cineres versi ne videantur, edit.

CX.

In Ancum senem querulum, absente vino, quod lac senum nuncupare solet.

LActe senum, siquando senex caret, ingemit Ancus:
Et sic se clarè bis puerum esse probat.

CXI.

De PROCONSVLE SERGIO, *cui lumen fidei illuxit vbi Elynam Magum excæcari à D. Paulo vidit.*

VT primùm Magicis extinctum est lumen ocellis,
Tunc oculis Sergi dicitur orta dies.
Solius hoc opus est Pauli, quo præcipiente,
Sunt simul, inque vno noxque diesq; loco.

CXII.

In Belgarum comas.

GAllorum populos inter fortissime Belga,
Longa tibi læuâ cur fluit aure coma?
Cùm tibi magnificum det Gallia Belgica nomen.
A longis, malè vis esse Comata, comis?

CVII.

De DORCADE *altrice pauperum eorum precibus ad vitam renocata.*

VItam seruarunt inopi tua munera Dorcas;
At te defunctam viuere fecit inops.
Multa inopi fateor pręstas ditissima Dorcas:
Plura tamen pauper, quæ tibi donet, habet.

CVIII.

In SPINAM, *quæ vt sacra fert Indicum historia, regnum affectanit.*

SI magnos ornare solet clementia reges,
Si regum est largâ fundere dona manu.
Non quadrat diadema tibi, non sceptra; cruoris
Es nimiùm sitiens spina, nimisque tenax.

CIX.

In BRASILOS *Antropophagos.*

IN cineres transire suos post funera patres
Pæne viuus toto Brasilus orbe vetat.
Nam vetulos patres, & matrum viscera natus,
In cineres versi ne videantur, edit.

CX.

In Ancum senem-querulum, aliqu... vino, quod hoc senem ... pare [illegible].

LActe senum, siquando senex caret, ... mit Ancus:
Et sic se clare bis puerum esse probat.

CXI.

De PROCONSVLE SERGIO, cui ... fidei illuxit vbi Elym... M... excaecari à D. Paulo vidit.

VT primùm Magicis extinctum est lumen ocellis,
Tunc oculis Sergi ...
Solius hoc opus est Pauli, qui ...
Sunt simul, inque ...

CXII.

In Belgarum comas.

GAllorum populos inter ...
Longa tibi ...
Cùm tibi ...
men.
A longis, mallè vis esse Comata, ...

XC.

In ETYMON *Vitis.*

A Vita vitem quidam deducit; at alter
Vitem à vitando; nec malè vterq; docet.
A vita est vitis quam Christi mensa propinat;
Vitis vitanda est improbe Bacche tua.

XCI.

In COTTAM *fugitiuum militem palo infixum.*

COtta, tui in pugna cecidere, iacentque sodales:
Tu rapis abiecto turpiter ense, fugam.
Traijcit hinc vili tortor tua viscera ferro.
Fallor, strenuus es; stas, socijque iacent.

XCII.

In FLORAM *trigamam.*

VNo tres anno sepeliuit Flora maritos;
Vixq; genę lacrymis immaduere tribus.
Lacrymulam dat cuique suam: tria funera, ternas,
In numero ne quid peccet, habent lacrymas.
Ad numeros alię saliuntque, canuntq; maritę,
Flora sed ad numeros vnicà flere solet.

XCIII.

XCIII.

In LITIGATOREM TVLLIVM, qui iudici dat munera.

PLurima iudicibus cum munera mittis amicis,
Sordidus es Tulli, munificusque simul.
Munifici signum est animi dare munus amicis,
Munera iudicibus mittere auaritia est.

XCIV.

In ALBAM mortuo marito, vociferantem, ô! vbi est vir meus!

OCcisum male-sana scias licet Alba maritũ:
Semper id ingeminas, ô! vbi, vir meus est?
Non nos Alba, tuum mors sustulit atra maritum:
Quæris vt inuenias? mors adeunda tibi est?

CXV.

In S. HERCVLANVM EPISCOPVM, cui saluo grege, pellis & caput iussu Totilæ ablata sunt.

VEre hic Pastor erat, cui ne pecus vlla periret:
Et caput & pellem perdidit ille suam.

XCVI.

XCVI.

In illud Dauidis ad te leuaui oculos meos, *& Magdalenam quæ lacrymis oculos rigabat.*

EHeu! quanta oculis excepit vulnera Dauid.
Vulnera quãta oculis Magdala facta tuis!
Lumina læsa sibi Dauid; sua lædere sentit
Magdala, & ambobus quæritur vna salus.
Pande oculos Dauid, pateãt tua vulnera cœlo;
Et, ne quem lædant, Magdala claude tuos.
Euge! bene est; oculis venit medicina duobus.
Pandit vt ille suis; clausit vt illa suos.

XCVII.

In CENTVRIONEM *sole defectum patiente, pœnitentem.*

VIx sol purpureo terras afflauerat ore,
Cùm ruit in Christi, plebs furiosa, necem.
Tota duxque die Latius vult perdere Christum,
Romulei sed sunt irrita vota ducis.
Interea tristes subitò sol versus in vmbras
Clarificum tecto sustulit ore diem.
Tum se dux Italus sentit pugnare Tonanti,
Et malè mortalem bella mouere Deo:
In se igitur versis meditatur bella lacertis,
Delet & admissum lacryma multa scelus.
Dux benè pugnasti; meliùs pugnatur in vmbra:
Quam tibi sol palmam non daret, vmbra dedit.

XCVIII.

In S. LEONEM *patriæ patrem dictum.*

SI patriæ Leo sit genitor: frustrà ergò Latini
Imperij mater creditur esse Lupa.

XCIX.

In CÆCILIANVM *Atheum suspensum.*

CAtholicus Romæ, Bizantj Turcus haberis;
Idque vocas vti, Cæciliane, foro.
Cum scurris leuis es, Monachus cum Relligiosis,
Idque vocas vti Cæciliane foro.
In medio tibi proinde foro, nūc furca paratur,
Vt possis vti nocte dieque foro.

C.

In canes lunam non solem allatrare solitos.

VErtagus in nitidi non latrat lumina solis;
Allatrat frontem Cynthia bella tuam.
Fors, quia nocte venis, & formam vertis in horas,
Te canis ipse putat furis habere notas.

CI.

In LVDIMAGISTRVM ARANTEM, *qui scripta suorum discipulorum suo vulgauit nomine.*

SAt cultos versus rudis euulgauit Arantes,
Nam liber inscriptus nomine Arãtis erat.
A quo non fieret versus, fit grande volumen,
Hocque à discipulis, grande volumen habet.
Omnia iam fiunt fieri quę posse negabam:
Cùm versæ redeant ad caput amnis aquæ.

CII.

In S. BERNARDVM *concionabundum.*

HActenus haud norat te tantùm Rhetora, dæmon.
Quem bene cepta, malo claudere fine, iubet.

Sub concionis finem gloriola aura afflatum se à dæmone sentiens Bernardus, ita illum cepit alloqui. Nec pro te cepi, nec pro te finiam.

CIII.

In fœminarum oculos vitandos.

CÆsaris *vt vidi, vici*, tibi fœmina quadrat,
Palmam, siue vides, siue videris, habes.

CIV.

De P. Marcello Mastrilio, *ob fidem in Iapone, plexo capite, quo cadente, tellus tremuit.*

EXcelsâ, haud mirum est, fidei labente columna,
Pondere sub tantò contremuisse solum.

CV.

In arborem quæ comitata est S. Gudulæ corpus, & stetit, vixitque ad eius tumulum.

QVisquis amas Gudulam, Gudulæ venerare fauillas,
Te colere hos cineres aduena planta docet.
Se sponte ad Gudulę tumulum stitit arbor: ab illa
Vt tua suspendas dona; vel inde legas.

CVI.

In illud Mendacem sui oportet esse memorem.

ESse tui memorem te nemo probauerit; oris
Tam fędi immemorē te magis esse decet.

CVII.

CVII.

De DORCADE *altrice pauperum eorum precibus ad vitam renocata.*

VItam seruarunt inopi tua munera Dorcas;
At te defunctam viuere fecit inops.
Multa inopi fateor præstas ditissima Dorcas:
Plura tamen pauper, quæ tibi donet, habet.

CVIII.

In SPINAM, *quæ vt sacra fert Indicum historia, regnum affectauit.*

SI magnos ornare solet clementia reges,
Si regum est largâ fundere dona manu.
Non quadrat diadema tibi, non sceptra; cruoris
Es nimiùm sitiens spina, nimisque tenax.

CIX.

In BRASILOS *Antropophagos.*

IN cineres transire suos post funera patres
Pæne vnus toto Brasilus orbe vetat.
Nam vetulos patres, & matrum viscera natus,
In cineres versi ne videantur, edit.

CX.

CX.

In Ancum senem querulum, absente vino, quod lac senum nuncupare solet.

LActe senum, siquando senex caret, ingemit Ancus:
Et sic se clarè bis puerum esse probat.

CXI.

De PROCONSVLE SERGIO, *cui lumen fidei illuxit vbi Elymam Magum excæcari à D. Paulo vidit.*

VT primùm Magicis extinctum est lumen ocellis,
Tunc oculis Sergi dicitur orta dies.
Solius hoc opus est Pauli, quo præcipiente,
Sunt simul, inque vno noxque diesq; loco.

CXII.

In Belgarum comas.

GAllorum populos inter fortissime Belga,
Longa tibi læuâ cur fluit aure coma?
Cùm tibi magnificum det Gallia Belgica nomen,
A longis, malè vis esse Comata, comis?

CXIII.

In S. DOROTHEAM; *quæ missis è cælo ad infidelem pomis, ei fidem persuasit.*

DOrotheæ transmissa manu dant mala salutem.
Eua lecta manu mala tulere necem.
Ne mirere pares, gustu tam dispare, fructus.
Dęmonis hæc fuerant dona, sed illa Deæ.

CXIV.

In POENVM, *qui aiebat si scirem mihi vel vnum scientia parem esse, ad restim conuolarem.*

SI mea scripta suis scriptis æquauerit vllus,
Reste gulam certum est frāgere Pœnus ait.
Fac quod ais, de te longissima litera fiet;
Tum nullus scriptor par volet esse tibi.

CXV.

In SVECORVM *irruptiones.*

CVm nuper Suecos ad Rheni littora Mœnus
Deuexit decies mille, lutosus erat.
Idem Suecorum decies cum millia centum
Fluctibus iratis voluet, amœnus erit.

CXVI.

CXVI.

In TECAROSAM SVTOREM *ad Senatores euectum.*

QVi fuerat Sutor, nunc est Tecarosa Senator,
Dicit & in medio iura superba foro.
Siquid anus verbo, si quid peccauerit infans,
Id secta innumero verbere terga luunt.
Huncne Senatorem credam? est, & erit mihi Sutor;
Qui corium & pelles, vt scidit ante, secat.

CXVII.

In NICETAM, *qui tuendæ castitatis amore, in os petulanti mulierculæ linguam expuit.*

ELoquio clarum cecinit te docta vetustas,
Et fluxisse labris Attica mella tuis.
Alba pudicitię non tantum es castra secutus,
Illa sed ingenio sunt celebrata tuo.
At tua te tandem vincit facundia, quando
Elingui laudas ore pudicitiam.

CXVIII.

Ad illud Dij laneos habent pedes.

LAnea planta dijs & lanea membra fuere,
Quæris quæ fuerit lana? caprina fuit,

Sic pingi poterant, quos mente & corpore spurcis
Effinxere capris facta nefanda pares.
Ne posthac igitur de lana sermo caprina
Sit mihi. Dîs longum dic mea Musa vale.

CXIX.

In POMPEIVM *iactare solitum se, si pede terram pulset, exercitus habiturum.*

SI pede Pompeius terram pulsauerit vno,
Vt memorat, plures coget ad arma viros?
Non credit Cicero, non Cęsar, non Cato: quã-
Terram Pompeius pulset vtroque pede. (uis

CXX.

Iterum.

POmpeius pulsauit humum pede; credo, sinistro,
Postea cui nec humus, dextra nec vnda fuit.

CXXI.

In TITVM, *qui eadem ambulatione, mox in cœnum, & mox in profluentem lapsus fuit.*

IN pingue cœnum lubrica Titus gleba,
Toto ore luteus cecidit. & pari casu

In

In profluentem mox ruit. quid hic turba
Cies cachinnos? sibilo hîc nihil dignum.
Ori eluendo riuulus solet quæri.

CXXII.

In ALMONEM *superbum, imperitumq́ue Rhetorem.*

VT te crassa putet plebs doctè scribere multò
Hæc steterūt, inquis, scripta labore mihi.
Credo grauis labor est tibi scribere: quę semel abs te
Audire absque graui nemo labore potest.

CXXIII.

In MARMAM *festiuum conuiuatorem, apud hospites se excusantem quod lepore careat.*

SI careas leporis nihil est, das Marma lepores;
Ingenij sunt hęc fercla: sed ista gulæ.

CXXIV.

In REGEM MAGVM *nigro, vt quidam volunt, colore.*

AD Christi cunas, vt fama est, os oculosq́;
Rex niger ingressus, candidus inde redit.
Maxima nascentis sunt hæc miracula Christi.
Dum lauat Æthiopem, non lauat Æthiopē.

CXXV.

De Athenodoro, *qui Augusto author fuit, legendi 24. græcas litteras antequam iratus aliquem puniret.*

SI morbos animi furorem, & iram
Græci lectio frangit Alphabeti.
Posthac vtile quis negare possit
Græcarum studium esse litterarum?

CXXVI.

In Roboam, *qui sibi digitum crassiorem esse dorso patris iactitat.*

SI patris est dorso digitus tibi grassior. ergo
Grande bouis debes instar habere caput.

CXXVII.

In Gargalianvm *circumforaneum, qui ficto dramate, & falsis pharmacis plebem ludit.*

IN scenam postquam est à te prouectus Orestes,
Pharmaca diuendis Gargaliane tua.
Sit pudor. ignaræ satis vnica fabula plebi est.
Pharmaca vendo, inquis. iam facis ergo duas.

CXXVIII.

CXXVIII.

In OENOPHORVM HELVONEM.

OEnophorus dictus vini ſpelũca, quot annis
 Siccabat veteli plauſtra ducenta meri.
Eduxitque ſimul locupletis viſcera burſę;
 Et qui par Cræſo vixerat, Irus obit.
Irus obit, patrio, ſed merſus turpiter amne;
 Quamque dabant vitam vina, Moſella rapit.
Mirantur ſocij facinus, mirantur & hoſtes,
 Et iuſſam culpant oppida, ruſque necem.
Hic ego nil miror; nihil hic mirabile cerno,
 Quando bibit vinum Crę ſus, & Irus aquam.

CXXIX.

In CIRCVMFORANEVM, *qui antequam diuendat ſua pharmaca, comœdiam agit.*

TV qui ſtentorco tua pharmaca gutture iactas,
 Quique ſtruis medio longa theatra foro;
Deſine laſciuo præludere carmine; ne plebs
 Artis te medicæ ſentiat eſſe rudem.
Corporibus nec enim credet te poſſe mederi,
 Quem ſceleratâ animos arte necare videt.

CXXX.

In Adolescentes nostri æui, qui odoratum cinerem suis capitibus inspergunt.

SÆpe cinis veterum placauit numinis iram,
Sanauit mentis vulnera sæpe cinis.
Iam cinere inspersus iuuenum grex, numinis iram
Asperat, & menti vulnera dira parat.
Nulla malis igitur nostris speranda medela est,
Si sacra in nostram vertimus arma necem.

CXXXI.

In THRACEM *naufragio vicinum.*

NAufraga præcipiti dum puppis vapulat Euro,
Iamque natant medio carbasa rupta mari.
Dum triduana tenent miseros ieiunia nautas,
Thrax auido varias conficit ore dapes.
Insanum credas. sibi prudens ipse videtur,
Qui iam, ne noceat postea potus, edit.

CXXXII.

In Prædicantem ad vincula damnatum.

QVemdam Lutheri de schola reum furcæ
Ad vincla damnat Prætor. in cibum panis
Solus

Solus paratur. ille dogmatis Christi
Obliuiosum iudicem vocat: solo
Cùm nemo pane viuat, vt scriptum est.
Audit monentem Prętor, & iubet præsto
Vndam esse, solo pane ne miser viuat.

CXXXIII.

Ad illud Pauli Obsecro vos, ego vinctus in Domino vt dignè ambuletis.

VInctus vtrumque pedem ferrata compede Paulus,
Nos queritur tardo tendere ad astra gradu.
Et nos desidiæ accusat, quos semita terret,
Quam facilè & vincto transuolat ille pede.

CXXXIV.

In AVLVM *Concionatorem, præconem sui.*

TE, quod es Orator populi cultissimus, effers.
Hoc sapere est populo, desipere, Aule, tibi.

CXXXV.

In MINISTRVM LVTHERANVM *voracem & balbum.*

INter pocla silet, silet inter fercla Minister,
Larga sed appositas mittit in ora dapes.

Vnus apri sumen, tergum bouis vnus, & vnus
Dimidiam tenero vellere mandit ouem.
Non tamen est taciti gula prodigiosa Ministri.
Plura potest, loquitur, verba simulque vorat.

CXXXVI.

De AMBRA *rustico, cui mirum est, & hostem & militem patrium impunè prædas agere.*

NOn falsò latrare suos ait Ambra molossos.
Vera canit plenum est furibus omne so-(lum.

CXXXVII.

In MACHIAVELLVM *moribundum.*

SI mage adire stygem cum Cęsare, quam super astra
Ad piscatoris stat latus esse Petri.
Sic pēdere etiam malles cum Principe Amano,
Quam Mardochæi pauperis esse comes.

CXXXVIII.

In illud fiat firmamentum, *& istud* fiat mihi secundum verbum tuum.

REx superûm, fiat dicit, dum conditur orbis.
Virgoque dum verbum fit caro, fiat ait.
Fiat vtrumque fuit mirabile. condidit orbem
Illâ voce Deus; gignit & illa Deum.

CXXXIX.

CXXXIX.

In Mundi pellacis inuitamenta.

VIs tibi Munde sacrem primę decus omne iuuentæ:
Differri in senium vis pietatis onus.
Naufragium ergo priùs suades, tum quærere portum.
Nemo solet portum quærere naufragio.

CXL.

In faunum ob partem æris perditi querulum.

ABstulit, vt quereris tibi fur tria millia, cum sex
Millia sat forti clauderet arca serâ.
Necquidquam quereris, quod fur tria millia clepsit,
Gaudendum potius, terna relicta tibi.

CXLI.

In AVCTVM *qui discipulorum suorum versus suo edidit nomine.*

INdoctum varijs tua te facit Aucte Poësis,
Contrà doctum alijs te liber esse facit.
Doctrinę signum est, doctos docuisse Poëtas,
Stultum est discipuli discipulum esse sui.

CXLII.

CXLV.

In Achitophel, *qui dum perdendi Dauidis, dat Absaloni filio consilia, se suspendio addicit.*

Te perimis regem cum velles perdere: nato
Consultor malus es, pessimus ipse tibi.

CXLVI.

In Isbaram, *quæ vasculum per iram fregit.*

Isbara cur sæuis in poclum fictile? nonne
Vt timeant dextram pocla relicta tuam?

CXLVII.

In Crassvm, *qui tum demum se ære alieno soluit, cum in carcerem ductus fuit.*

Dare Tullianum vinculis nouas vires
Iam constat. alibi colligant reos vincla,
Hic obligatus ære soluitur Crassus.

CXLVIII.

In PALLADA *quæ etiam ante confessionis tempus, speculum consulit.*

AD eluendos pectoris sui næuos
In æde sacra, fortè dum sedet Pallas,
Speculum irretorto sępè consulit vultu.
Suine primam examinis putat partem?

CXLIX.

In PATMVM *medicum nomine, sed medicinæ expertem, qui comparatis armis, militiæ nomen dedit.*

NOn opus est ferro tibi Patme, nec ense, nec hastâ;
Nam sine ferro homines Palme necare soles.

CL.

In S. HELIAM *cui in prandium & cœnam carnem & panem ministrant corui.*

MVltum est quòd coruus tibi fercla parare iubetur,
Plus est hunc ferclis abstinuisse tuis.

CLI.

CLI.

De Beatissima Virgine Maria & S. Vrsula.

VRsa minor stella est, habet illius Vrsula nomen,
Vrsam maiorem Virgo Maria refert.
Illa præest Vbijs, & Rheni flumine regnat;
Totius hæc pelagi nobilis imperio est.

B. Virgo Maris stella vocatur, & S. Vrsula patrona est Coloniensium.

CLII.

In DÆMONEM *illusum à S. Dunstano, cum illi nasum vir Sanctus forcipe ignita vellicaret.*

CVm redit ambusto dæmon in tartara naso,
Ad turpes latebras, ne videatur, abit.
Antra petit meritò, stygios mètuitque cachinnos;
Illi etenim nasus sesquipedalis erat.

CLIII.

In ADONEM *vinolentum.*

QVi denas humeris poterat gestare lagenas
Sobrius, & firmo non titubare pede.

Iam veteri plenus, seu grădior amphora, vino;
Inter amicorum brachia fertur Ado.
Quòd modò gestetur, comitum quòd brachia lasset,
Desine mirari, est amphora factus Ado.

CLIV.

In P. PALMIVM *Societatis nostræ, qui antequam in concionem ascenderet, & sub ipsa concione lacrymas fundebat.*

PErpetuos Palmi lacrymarũ depluis imbres,
Cum dicenda bono sunt bona verba die.
Interea doctam non sistit lacryma vocem,
Vox tua sed liquido purior amne fluit.
Vnde tamen tibi verba fluant, res cognita plebi est;
Tam prope quæ fontes te scit habere duos.

CLV.

In CLETVM *tenuis cerebri iactatorem.*

PLurima sunt veterum tibi lecta volumina Clete,
Estq́; tuum, vt iactas, bibliotheca caput.
Miror in angusto tot claudi scripta cerebro,
Insuper & vacuos in cerebro esse locos.

CLVI.

CLVI.

In Doctorem Parisiensem, qui se ipso reum æternæ damnationis fassus est.

DVm celat sua probra, potest Obscurus haberi
Doctor: iam nigrę est Clarus in igne stygis.

CLVII.

De B. FRANCISCO BORGHIA.

CHriste suos nuper tibi Borghia vouit amores,
Si prior ad superos carperet vxor iter.
Illa modò exanimis iacet acri languida morbo,
Iam vicit medicam sontica febris opem.
Hinc prece vir sperat fugientem sistere vitam,
Inde marita tuas ardet adire domos.
Christe, precor, litis sis arbiter; ad tua regna
Vxorem duci fac citò, serò virum.

CLVIII.

Ad B. VIRGINEM, *quæ domus aurea dicitur, cuius statua lignea non arsit in igne.*

NOn ardes medio pulcherrima mater in igne,
Teq; domus quòd sis aurea, flãma probat.

CLIX.

CLIX.

In P. IGNATIVM AZEBEDIVM *ab hæreticis cæſum cum Socijs, quòd ſe de Societate* IESV *eſſe negare nollet.*

VT ſolet infeſtis transfigi meta ſagittis,
Sic petiere tuum plurima tela caput.
Haud mirum ſi dira petant te ſpicula : ſignum
Cui contradicunt hæretici ore geris.

CLX.

De copia ſanguinis vi verborum à Chriſto fuſi.

INTERROGATIO.

PArs quota Chriſte tibi flagris eſt hauſta cruoris?

RESPONSIO.

Nil numero; totum me dare, iuſſit amor.

CLXI.

In S. DARIAM *à leone in loco infami defenſam.*

QVam benè pudicę mulieris leo cuſtos
Ruit in lupanar! feminam poteſt ſolus
Leo rex ferarum tegere, tot lupas inter.

CLXII.

In diuitem stolidum ; vulgò dictum le veau d'or, *vitulum aureum.*

AVreus es, sed hebes: plebs te tamen omnis adorat.
Aureum Araonis ten' vitulum esse putat?

CLXIII.

In DELIAM *in templo somnolentam.*

CLaudere iussa oculos in templo Delia: seruat
Clausos, stertit enim semper in æde sacra.

CLXIV.

In Sanctos Simeonem Stylitam, & Onuphrium, quorum prior in columna, in sepulchro alter vitam traduxit.

IN media Simeon cęli statione columnam
Surrigit, & stygijs hostibus arma mouet.
Alter vt humano fiat vicinior hosti;
Prouocat in nigro castra inimica lacu.
Hic erebi domitor bene depugnauit in vmbra:
Alter aperto etiam Marte tropheą tulit.

CLXV.

CLXV.

In duo PYTHAGORÆ *symbola*, à fabis abstineto, & ne cor edito.

PYthagoras esum cordis vetat, atque fabarum;
Nam cibus ille homini cor rapit; ille caput.

CLXVI.

In MANVELEM, *qui pollicitus se fides empturum, & missurum fidicini, biennio nihil præstitit.*

CVm fidibus noster cytharœdus fortè careret,
Dixisti, mittam de meliore nota.
Altera fluxit hiems, nil præstas, desine posthac
Mittere; tam longas non cupit ille fides.

CLXVII.

In ECHONEM *creditam veteribus Deam.*

ECho non frustrà priscis Dea creditur omni
Cum linguâ doceat saxa, petrasque loqui.

CLXVIII.

In XERXEM *Regem, qui vento vt conticesceret, litteras mittebat.*

CVr tua Rex ventos obiurgat epistola? visne
Ludibrium vt trucibus sint tua scripta Notis?

CLXIX.

In illud Gallicum, Il est mort au lict d'honneur, *id est, mortuus est in lecto honoris, seu in bello.*

SÆpe iacet miles cœnoque lutóq; sepultus,
Egregius sanè lectus honoris ei est?

CLXX.

In ZOILVM.

ZOile qui nigro rodis mea carmina dente,
Dic mihi, si chartæ te tenet atra fames?
Sunt mihi virgineæ sexena volumina chartę,
Rodere te librum nolo, volumen edes.

CLXXI.

In PLATONEM *submersum.*

LVce bibit tota Plato, noctu lapsus in Istrum est.
Non sapiunt qui sic nocte, dieq; bibunt.

CLXXII.

CLXXII.

In PRÆDICANTEM *qui ſtentoreo clamore anum moribundam occidit.*

LAnguentem horrifico vetulam clamore Miniſter.
Excitat, illa velut fulmine tacta ruit.
Hanc vocem cœlo miſſam putat eſſe maritus,
Tam citò quæ vetulam duxit in aſtra ſuam.

CLXXIII.

In MENDACEM.

IVre docent veteres dictam à fingendo Poëſin,
Illius at mendax non habet artis opus.

CLXXIV.

In ANCVM *ſibi indulgentem, vxori acerbum.*

VXorem crucias cum mille laboribus Ance,
Cur capiti indulges otia lenta tuo?
Fortè quòd vxoris caput es, deceatq; maritum
Vxoris carum frangere nolle caput?

CLXXVI.

In IONAM PROPHETAM.

PIſcis edax meritò tumidi faſtidia ventris
Intactum cogunt te vomere ore virum.
Naturæ fuit eſca tuę contraria: quare
Imprudens hominem, cuius es eſca, voras?

CLXXVII.

In HYPOCAVSTA GERMANICA.

QVod ſchola, quod latiæ numquam docuere paleſtræ,
Id Germanorum ſola Hypocauſta docet.
Quodque eſt Auſonijs indeclinabile terris,
Illic declinat gens Alemanna gelu.
Hinc Italis hypocauſta ſcholis Germanica præſtant,
A quibus & ſapiens diſcere Roma poteſt.

CLXXVIII.

In BIBVLI *dexteram Chiragra affectam.*

MIratur Bibulus ſibi dextram ardere Chiragrâ,
Nodoſâ quando peſte ſiniſtra vacat.
Conſuerat ſolam vaſtis onerare culullis
Dextram, poſt tantum ponderis illa tremit.

CLXXIX.

In HERODIADIS *puellam, cuius caput abcissum in glacie, Saltum edidit.*

CVm tua crustatas rapiuntur membra sub vndas,
Dat saltũ in glacie terque, quaterq; caput.
Lætitiam plausu testaris, credo, puella;
Quòd tua non possint eruere ossa canes.

CLXXX.

Ad AVITVM *de S. Ioanne exultante in vtero.*

QVomodo materna Ioannes clausus in aluo
Necdũ ortũ solem cernat, Auite, rogas?
Os roseum auroræ præsentis sentit, & inde
Colligit haud longè solis abesse iubar.

CLXXXI.

De STELLA *Magos antecedente.*

QVàm bene stella regit reges: illi duce stella
Errare in longa non potuere via.
Hanc ergo errantes inter ne ponite stellas;
Nam stellæ errantis non habet illa notam.

CLXXXII.

De eadem, quæ stetit vbi erat puer.

FIxarũ princeps stellarũ hæc stella vocãda est,
Quæ stat prę reliquis nobiliore loco.

CLXXXIII.

CLXXXIII.

De S. EVPHROSYNA.

QVam tenet ante oculos quærit pater; heu! infelix.
Nam ſimul vt reperit, perdidit Euphroſynen.

Hæc virili veſte Monachum mentita ſuum ſæpe patrem de filiæ abſentia ſolabatur & paucis ante obitum momentis, ſe filiam faſſa eſt.

CLXXXIV.

In HOSTEM *humani generis dantem Euæ pomum.*

QVod dabat hoſtis Euę, pendebat ab arbore pomum.
Eſſe loco pomi dignus vterque fuit.

CLXXXV.

In LVTHERI *libros impuritatis & mordacitatis plenos; vbi ſe ſalis ediſſe modios cum dæmone gloriatur.*

CVm ſalſa fędis verba miſceat ſcriptis,
In impudicâ Dæmonis Luther menſa:
Ediſſe modios ſe ſalis ſatis monſtrat.

CLXXXVI.

In artis Epigrammaticæ & Satyricæ differentiam.

HÆc mores hominum mordaci curat aceto;
Fert vitijs medicas molliter illa manus.
Plagis illa suis ægro placet; huius acerba
Vel solo miseris est medicina sono.
Illam amo: lætitiam gignit dum vulnerat. odi hanc
Quæ me, dum curat vulnera, flere facit.

CLXXXVII.

In POENVM *qui se græcè promptiùs loqui iactat quàm punicè.*

QVod te græca loqui promptè ceu punica iactas,
Non vulgo faciunt hæc tua dicta fidem.
Sed doctis faciunt, quos longior edocet vsus,
Condiri græcâ punica verba fide.

CLXXXVIII.

In MAGNATVM ADVLATOREM.

CAntat Adulator cum Principe, & errat: hic *Altum*,
Iste canit Bassum, voce sed vniuoca.

CLXXXIX.

De S. IGNATIO.

NOn ſapit Ignatio quidquid vulgo ſapit: illi
Alea, Vina, Venus non ſapit: ergò ſapit.

CXC.

In Miniſtrum Lutheranum, qui quo tempore ſtruebat ædes marmoreas prædicebat poſt aliquot annos Orbis interitum.

POſt denas hiemes prædicis funera mundi,
Et ſolida è pario marmore tecta ſtruis.
Dum ſic ædificas tua dogmata deſtruis. an non
Contra dogma tuum diſputat iſta domus?

CXCI.

In Prouerbium gallicum, la bourde eſt toute chaude, *calet mendacium.*

FRigida non halant fumos mendacia; ſicut
Non fumat longo cùm tepet vnda die.
Subdolus hinc calida impoſtor mendacia fundit,
Vt fumis animum repleat ille tuum.

CXCII.

In MAVRVM, *vulgò hac vſum phraſi.* Viua voce dixi.

MAlè Voce Viua Maure te loqui dicis:
Cùm nemo Voce mortua loqui poſſit.

CXCIII.

VRSVS *belli dux, debellatis ſocijs ſupernenit & ceditur.*

SI laturus opem properabas; tardior Vrſe es;
Vinci nolebas Vrſe? nimis properas.

CXCIV.

In NOCTIS LARVAM, *quæ Zuinglio ſe videndam obtulit.*

ALbuſúe fuerit, an niger tuus Zuinglj
Nocturnus hoſpes haud liquet. nigrum cenſent
Luther & Melanchthon: Zuinglij ſcholæ eſt albus.
Res mira! cæci de coloribus certant.

CXCV.

In EVCLIONEM.

QVod tibi cumque domi eſt, cur Euclio defodis aurum?
Commiſſaſne ſolo creſcere reris opes?

CXCVI

CXCVI.

In IACTABVNDVM.

TE *quasi* regem inquis, *quasi* multorum instar haberi:
Laudibus addo tuis, te *quasi* vera loqui.

CXCVII.

In DOCTOREM *Parisiensem clam improbum qui se ex ipso pheretro, indicio diuino damnatum fassus est.*

CLam *delectabas* te Typhle, palamq; *docebas.*
Mortuus in sacra quid facis æde? *mones.*

CXCVIII.

In Romanos qui olim febri ædem sacrauerant.

QVàm propè se, febri ponunt sacra templa Quirites:
A se,credo, volũt tam procul esse febrim.

CXCIX.

In POETÆ *cuiusdam rudes versus.*

QVidam Poëta Zoili timet dentes.
Nil timeat, eius nemo lectitat carmen.

CC.

In ZOILVM, *qui minùs acutos censet Poëtas cùm laudant, quàm cùm vituperant.*

SI quem laudo, parum me Zoile dicis acutum:
Me nil, cùm pungo, mellis habere putas.
Mella bonis seruo, nemo illos Zoile pungat:
Improbus est solis dignus acuminibus.

CCI.

In LVCIFERVM, *qui Christo esurienti offert lapides in cibum vertendos.*

NOn bene saxa forẽt in panes versa: fuissent
Lucifer in dentes non malè versa tuos.

CCII.

In APOLLINEM *Sodalem olim meum, qui ab æternitatis meditatione, sequenti die canus apparuit.*

NOx erat, & vitæ longissima secla futuræ
Voluit, & æternos noster Apollo dies.
Quiq; nigro fuerat spectandus nocte capillo;
Mane, albo certat vincere crine niues.
Quid mirum est? canum haud fecit nox vna sodalem.
Ast hunc fecerunt secula multa senem.

CCIII.

CCIV.

In IVDICEM, *qui se verbis praeueniri sinit.*

IVdicis arrectas quidquid delator in aures
Euomit, hoc instar nectaris ille bibit.
Si me purgatum venio, si dicta refello,
Cum surdo videor fundere verba viro.
Nil mihi sit posthac cum surdo iudice: iudex
Sit cæcus. cęcum sufficit esse mihi.

CCV.

De P. IOANNE TRIGAVTIO *P. Nicolai Germano.*

FAma olim celebris (dulce est meminisse, Trigauti)
Vulgabat similem te mihi, meque tibi.
Neutri erat exiguos contractũ corpus in artus,
Non turpis nostro Belgicus ore color.
Dissimiles fuimus pede; pes tibi curtior alter:
Sed pede, sed vitâ par magis Ignatio es.

CCVI.

De S. IOANNE *qui ex Piscatore factus Apostolus, relictis retibus secutus est Dominum.*

IAm piscis factus de piscatore, relinquit
Retia: nam pisci retia nulla placent.

CCVII.

In SCRIPTOREM *imi Subsellij; Suarij, à quo multa mutuatur, contemptorem.*

IVdice te, Suares defloruit: id tua scripta,
Quę flores eius diripuere, probant.

CCVIII.

Ad sacros piæ memoriæ P. Leonardi Lessij Cineres.
Duo dæmones, Sitio alter, alter Musca nomine ab Energumena pelluntur.

I *Sitio*, fuge *Musca*, vrget præsentia Lessîi
Torrida fumosæ flamma petenda stygis.
Iam *Sitio* cepit, cepit iam *Musca* timere:
Alis illa suis, faucibus ille suis.

CCIX.

In QVEMDAM, *cui cùm aliquot versus dedissem, eos suo nomine vulgauit.*

QVæ dederam tibi metra, tuo malè nomine vulgas:
An fortasse putas quod datur esse tuum?

CCX.

IESV & MARIÆ *meque meumque opus D.D.*

QVam bene parue liber postremo carmine IESV,
Et MARIAE nomen voce cadente sonas.
Discam à te moriens hæc promere nomina; nam me
Discipulum libri non pudet esse mei.

FINIS.

Facultas R. P. Prouincialis.

EGo infrascriptus Soc. Iesv in Gallo-Belgica Prouincialis iuxta Priuilegium eidem Societati concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus cõpositos absque Superiorum permissione imprimant, facultatem do Adriano Quinqué Typographo Tornacensi vt librum, cui titulus est *Epigrammatum libri tres P. Adriani de Boulongne è Soceitate* Iesv, ad sex annos proximos imprimere & liberè distrahere possit. Datum Insulis 24. Martij, 1642.

Florentivs de Montmorency.

APPROBATIO.

HÆc *Epigrammata* R.P. Adriani de Boulongne *è Societate* IESV, *in libros tres distincta, ob insignia passim in ijs acumina, piam, salutarem, ac iucundam vtilitatem, prælo digna censui.*

MATHIAS NAVEVS S. Theol. Doct. Canon. Tornacen. librorum Censor.

Errata. Libro Primo.

Epig 63. ℣. 1. tinctâ *lege* tinctas. Epig. 90. *In Titulo*, In Floratium *l.* In Horatium. Epig. 94. ℣. 2. Perdrix *l.* Perdix.

Libro Secundo.

Epig. 1. ℣. 8. vocat *l.* vacat. Epig. 12. ℣. 1. numerus *l.* numeris. Epig. 37. ℣. 5. Cui *l.* Qui. Epig. 123. ℣. 1. ſuam *l.* ſuam vt. Epig. 125. ℣. 2. chraſtina *l.* craſtina.

Libro Tertio.

Epig. 24. ℣. *vltimo* acumenibus *l.* acuminibus. Epig. 51. ℣. 5. poſtes *l.* peſtes. Epig. 96. ℣. *vltimo* ſuis *l.* ſuos. Epig. 126. ℣. 1. graſſior *l.* craſſior. Epig. 127. ℣. 1. prouectus *l.* productus. Epig. 135. *In Tit.* veracem *l.* voracem. Epig. 153. ℣. 3. ſeu *l.* ceu. Epig. 160. *In Tit.* verborũ *l.* verberũ.